

ARTIS RHETORICÆ

nirō: nonne pulchrum uel hoc ipsum est ex communi intellectu, uerbisq; quibus utantur omnes, tantum assequi laudis, & glorie, & non loqui, & orare, sed (quod periculi contingit) fulgurare ac tonare uidearis? Hæc ita ex Quintiliano penè ad uerbum lib. secundo oratorie institutionis.

QVA RATIONE RHETORICÆ inuentio habeatur, unde & eius utilitas quoq; cognoscatur.

Quin & in eundem serè sensum. Aurelius Augustinus sed q̄ breuissime, de utilitate rhetoricæ, ac insuper quamobrè ratio in nobis ipsam post Grammaticã atq; Dialecticam inuenerit, in eo libro, quem de ordine inscripsit, differit hoc modo. Quoniam (inquit) stulti homines plerunq; a dea, que suadentur recte, utiliter & honeste, nō ipsam sincerissimam (quã rarus animus uidet) ueritatem, sed proprios sensus consuetudinemq; sectantur, oportebat eos non doceri solū quantū conuenit, sed sepe & maxime commoueri. Hanc suam partem, que id ageret, necessitatis plenorem q̄ puritatis refertissimo gremio deliciarum, quas populo spargat, ut ad utilitatem suam dignetur adduci ipsa illa in nobis ratio uocauit Rhetoricam. Hæc ille. Quibus & nos pauca addamus, quo citius, ac plenius percipiantur, que ab illo

TRACTATVS PRIMVS.

ab illo dicuntur, idq; eo præsertim loco ubi ait, oportebat eos non doceri solum, quantum conuenit, sed & sepe & maxime commoueri: hic ut id quod ait doceri, referendum est ad grammaticã & dialecticam, ita quod protinus subiungit, commoueri, ad rhetoricã. Nam ut grammaticæ & cum primis Dialecticæ officium est docere, ita Rhetoricæ inter cetera eius opera precipuū est mouere, id quod potissimum fit in contionibus & per orationes. Hactenus de utilitate rhetoricæ, nunc ad ipsam rhetoricam (ut instituimus) transeamus. Finit Tractatus primus.

INCIPIT TRACTATVS SE- cundus.


IN TRACTATVM SE-
cundum præfatio.





Atis superq; tractatu superioris de ui suæ potestate pariter & de utilitate artis rhetoricæ, nec non quã ob rem ipsa inuenta sit dixisse uideri possū. Itaq; deinceps & quidem tractatu proxima sequenti de ipsa rhetorica

B ij

torica







*Prodrapta quicquid sine usu et exercitatione valent
operepreca. Itaque aut prodrapta reducere ad usum.*

PHILIPPI MELAN. *et homo purgatus*

Sexta — — — —

Recipit — ubiq; — — —

Pōē tā cūm p̄mum ānī mūm ād scrī bēndum ād
ād sibi nēgō tī crē dīdīt sōlūm dārī. (pūlit

ōbsēquī um āmī cōs uē ritās ōdiūm p̄rīt.

āmān tīum ī rā āmō rīs īntēgrā tīo ēst.

Dīscōr dīā fit cā rīōr cōncōr dīā.

DIMETRI.

Vēnī rēdēm p̄tōr gēntī ūm,

mānūm q; mī sē rīs pōr rīgē.

CHORIAMBICVM.

Quod Choriambo pede constet. — — — —

Prima regio admittit — —

Secunda — — — —

Tertia — — — —

Quarta — — uel — —

Vicinum Choriambico Glyconicum, ut

Sīc tē dīuā pōrēns Cīprī.

— — — —

Mœce

nas atavis

edite re

gibus.

FINIS.

D

EXEM



3 2223

2712.1920

EXEMPLA

COPIAE LATINI SERMONIS

adnotata à Nicolao Liburnio Veneto à
quodã studio multo in locis aucta.

A



MOTVM SIGNAT DE
loco, ut à terra ad coelum ascendisti.
A, notat aliquando post, ut Plinius
in na. hist. Virus equi à coitu statim
collectum.

Similiter à partu, à funere, à tergo, pro eo quod est,
post partum, post funus, post tergum.

Tranquillus in Cæsar.

Plebs statim à funere ad domũ Bruti & Cassij tetendit.

A, interdum pro de accipitur, ut Teren. A uilla mercenarium uidi.

A præterea utimur, ut homo à studijs regis, à secretis, uel ab epistolis, id est, cuius opera rex utitur in studijs, in secretis, in epistolis.

AH

Ah quandoq; ob pronuntiandi afflatum aspiratur & est aliquando admirantis, ut Plau. Ah, quid ais. Dolentis interdum, ut Ver. Spem gregis ah silicæ in nuda conuixa reliquit. Est etiam ridentis, ut Terent. in Eunuc. Ah, ah, ah perij, de fessa iam misera sum te ridendo.

AD

COPIAE.

AD

Ad præpositio à doctissimis uarie accipitur. Ante enim significat aliquando, ut Vir. Cunctantē ad limina tēpli

Ad usq; denotat aliquando, ut Liuius libro 3. Consul rromanus in Algidio cōsecutos ad unum omnes occidit

Solet quoq; absolute poni, sed Atticorum more, ut ubi ad Dianæ ueneris, templum scilicet intelligitur. Verum

præpositionis huius uaria in utendo exempla ponam, ut elegantiarum studiosissimus quisq;, latam scribendi

copiam facile adquirat.

Quintilianus 9. de insti. orat.

Neque enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines.

Cicero ad Quintum fr. 2.

Licinius misso senatu, ad me uesperu uenit.

Liuius 3. libro tertie deca.

Ad mare proximè Nicopolin descendit.

Cicero ad Atticum libro 2.

Incumbamus ò Tite ad illa præclara studia.

Plautus in A sin.

Poëta es ad eam rem unicus.

Tullius ad Att. libro 4.

Quare aduola ad nos Cicero.

Tranquillus in Tib.

Antonium consulem ad Perusiam secutus.

Quintilianus 11. de insti. orat.

Equidem hæc ad quedam prodesse non negauerim.

EXEMPLA

Cæsar commenta. 6.

Rhomam Diuitiacus ad senatum profectus.

Cicero ad Atticum 10.

Curius fuit ad me sanè diu.

Plautus in Trin.

Adde ad istam gratiam unum, 9.

Varro primo de re Rust.

Alia ad cibum eligitur.

Cicero pro Roscio Ame.

Et certe ad rem nihil interfit.

Suetonius in Augusto.

Prætoria operosa diruit ad solum.

Liuius 4. tertie deæ.

Turba effusa obuiam ad portas exit.

Tranquillus in Augusto.

Aquila duos coruos ad terram dedit.

Cicero pro Rab. Posth.

Nequid ad eas ruinas addendum putet.

Tacitus libro 20.

Domitianus nondum ad curas intentus, sed stupris, & adulterijs filium principis agebat.

Tranquillus in Vitellio.

Pigneravit anionem ad itineris impensas.

Varro. 3. de re Rust.

Ita sepe cum illo ad uillam fui.

Quint. 9. de instit. oratoria.

Propter quæ mihi semper moris fuit minime obligare

me

COPIAE.

me ad precepta.

ABSTINERE PER EXEMPLA

Plinius ad Cornutum.

Nulla occasione corruptus ab insito abstinentiæ amore
deflexit, nunquam secundis rebus intumuit.

M. Cato. de re Rust.

Alieno manum abstinuit.

Tranquillus in Jul. Cesar.

Lepidi societate abstinuit.

Liuius 5. ter. decæ.

Res in Sicilia integritate composuerat.

Cicero.

Homo est alieni abstinentissimus, sui diligens, nullis
questibus sustinetur.

Quintilianus 7. de insti. Orat.

Eoq; satius est omni anteactæ uitæ abstinerere conuitio.

ACCUSARE PER ELO-

cutionis exempla.

Plinius ad Quadratum lib. 6.

Accusavi Maurium Priscum, qui lege repetundarum
damnatus.

Cicero pro P. Quintio.

Et res non coniectura, sed oculis, & manibus tenetur.

Tull. pro M. Cælio.

Accusatio crimen desyderat, ut definiat, ut hominẽ no-
tet, argumento probet, teste cõfirmet, quæ si petulantius
iactatur, conuitium, si factius, urbanitas nominatur.

EXEMPLA

Tacitus libro. 14.

A Capitone maieſtatis delatus.

Cicero in Ver. actione. 2.

Vt non modo in auribus ueſtris, ſed in oculis omnium
ſua furta defixurus ſim.

Cicero in Ver. actione. 7.

Volo enim mihi totum crimen hoc eſſe integrum.
Eſt certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc
reſeructur.

Cicero ad Quintum Fra.

Ferrem te eatenus quoad ratio pateretur.

Cæſar Comment. 7.

Principes ciuitatis inſimulati proditionis ab Rhomanis.

Plautus in Caſſina.

Rem omnem illi palam faciam.

Liuius. 6. 3. Decad.

Rhomam de illis queſtum uenerat.

ABSENTIS EXEMPLA.

Cicero ad Att. 6.

Tu autem abes longe gentium.

Cicero pro Gn. Plancio.

Nunquam ex urbe abſuit.

Quintilianus. 7. de inſtitu. orat.

Quis tam imperitus, quis tam procul à literis?

ADOPTIONIS ELOCUTIONES.

Inter uiros auguſtales cooptatus.

Tranquil. in Galba.

Inſertus

COPIAE.

Inferus est Liuiorum familie adoptato in eam auo.

AMANTIS EXEMPLA.

Liuius. 7. 4. Decad.

Matrona huic uni animum adplicuit.

Cicero pro Rosc. Ame.

Vt amorem illum penitus insitum eijceret ex animo.

Suetonius in Augusto.

Proculus ex acceptissimis libertis.

Plautus in Amph.

Efflictim amat, efflictim deperit.

Idem in Amph.

Illius maxime cupiens.

Cicero ad Att. lib. 9.

Sed quia nimio te plus diligo.

Tacitus lib. 11.

Nec amore nobis in hanc patriam concedunt.

Cicero ad Brutum.

*Nihil enim mihi minus hominis uidetur, quam non re-
spondere in amore.*

Cicero ad Quintum Fra. 2.

Cesar mihi in sinu est, nec discingor.

Tacitus lib. 17.

Vt affectus uestros in amorem mei uerterem.

Tranquillus in Augu.

Pompeium arctissimo contingebat gradu.

Cicero pro Milone. (desuit.)

Quod nullu à me officiu amoris, uel officij, uel pietatis

EXEMPLA

Plinius ad Priscum. 6.

Hunc ego non ut multi, sed artissime diligo.

Idem ad Fabatum. 7.

Coreliam cum summa reuerentia diligo.

AMICITIAE EXEMPLA.

Cicero ad Atticum lib. 2.

Numerium libenter accepit in amicitiam.

Plautus in Amphyt.

Bis tanto amici sunt inter se, quàm prius.

Cicero pro Gn. Pomp.

Totam ad imperiũ populi Rhomani Sicilia adiunxit.

Idem ad Atticum. 6.

Que mihi in uisceribus hærent.

Cicero pro Archia poëta.

Cum totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine teneret.

Plautus in Truculento.

Sese mihi medullitus ostendit.

Cæsar Comment. 5.

Vt gratiam, atq; amicitiam publicæ priuatimq; peteret

Cicero pro P. Quintio.

Etenim si ueritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur.

Cicero de reditu suo.

Et tanto in me amore extitit, ut negaret fas esse, non modo domicilio, sed ne sepulchro quidem se à me esse seiunctum.

Cicero

COPIAE.

Cicero ad Att. primo.

Et hercule iucūda cōsuetudine inter nos cōiuncti sumus

Cicero ad eundem primo.

Cum à fraterno amore discessi, tibi primas sedes defero

Cæsar primo Commen.

Quàm iustæ causæ necessitudinis cum ipsis Heduis intercederent.

Cicero in Ver. act. 7.

Etenim cum nihil tam coniunctum sit quàm negotiatores nostri cum Siculis usu, re, ratione, concordia.

Cicero pro Quint. Ligario.

Fretus fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecum.

Idem pro Cluentio.

Ad eorum familiaritatem multis ante iam annis Oppianicus se applicuerat.

Tullius pro Aulo Cæc.

Cum se in eius familiaritatem insinuasset.

Cæsar. 6. Comment.

Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant.

Cicero ad Atti. 14.

Quæ quidē nostris amicis aditum ad cœlum dederunt

Cicero in Ver. act. 4.

Princæps Siciliæ se ad amicitiam fidemq; populi Romani adplicuit.

Cæsar de bel. Civili. 2.

Marcus Varro necessitudinem sibi nihilo minorem cum

Cæsare intercedere dicebat.

E X E M P L A

Salustius in Iug.

Amicitia Masinissæ bona & honesta nobis permāsit.

Plinius ad Priscum.

Nā et ille amicitia meā latissima præliatiōe circūfert.

Liuius. 5. Decad. 1.

Iam tū Aetolorū amicitiam adfectantibus Rhomanis.

Ibidem.

Qui cum eo amicitiam societatemq; facerent.

Plautus in Truculento.

Vbi amici, ibi opes.

Cicero lib. 1. ad Atticum.

Nam ille ambitiosæ nostræ fucosæq; amicitie sunt in
quodā splendore forēsi, fructū domesticū nō habent.

Cicero ad Appium.

Pro nostra non instituta, sed inueterata amicitia.

Cicero ad Curionem.

Aetas nostra iam ingrauescens in tuo amore.

ANIMI MAGNITVDO.

Cor. Taci. lib. 14.

Omnia mortalia infra tuam magnitudinem iacent.

Cicero pro Lucio Mur.

Finxit enim te natura ad honestatem, grauitatem, tem-
perantiam, magnitudinem animi, iusticiā, & ad oēs
deniq; uirtutes magnum hominem & exalsum.

Plinius de laudib. Trai.

Animum laudauerim, quem non fortunæ indulgentia
molliat, non copiæ ad segnitiam luxūq; detorqueāt.

Salustius

C O P I A E.

Salustius in Iugurtha.

Eam flammam egregijs uiris in pectore crescere.

Cicero de reditu suo.

Quod uiro forti eripi nõ potest, id mihi manet, & per

ADVLARI.

(manebit.

Tranquillus in Tiberio.

Adulationes adeo auersatus est.

Cicero ad Quin. Fra.

Sic uero fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna
seruitute ad assentationem eruditi.

A N N O N A E.

Liuius lib. 6. primæ Decad.

Vt esset non incolarum modo alimentis frugifera, sed
urbis Rhomæ atq; Italiæ (id quod multis sæpe tem
pestatibus fecerat) annonam leuaret.

Ibidem.

Annona haud multum laxauerat.

A N N O R V M eloatio per exempla.

Cicero pro Gn. Pomp.

Sed ab illo tēpore tertiu iam annu et uicissimū regnat.

Idem pro Aulo Cluentio.

Cum annos ad quinquaginta natus esset.

Tullius ad Atticum. 15.

Vt sit in annum sumptum ei.

Idem pro Roscio Ame.

Qui Rhomam multis annis non uenit, neque unquam
plus triduo fuit.

Plautus

EXEMPLA

Plautus in Gurg.

Plus iam anno scio.

Cicero in Ver. act. 4.

Vt ista pecunia in quinquennium consumetur in status.

Suetonius in Augu.

Quadriennio post, uirili toga sumpta.

Cicero pro P. Quin.

At tecum plus anno uixit.

Liuius. 4. primæ Decad.

Insequens annus plus curæ patribus iniecit.

Cicero ad Att. 7.

Ne diutius anno in prouincia essem.

Suetonius in Tiberio.

Tribunitiam potestatem in quinquennium accepit.

Cæsar Commenta. primo.

In tertium annum profectioem lege confirmant.

Cicero ad Atticum. 9.

Scribam enim de quoto anno.

Cicero pro Corne. Balbo.

Etenim si Gn. Pōpeius ab hinc annos quingētos fuisse,
res eius gestæ sempiterni nominis gloria niterentur.

Liuius. 4. quartæ Decad.

In exitu iam annus erat.

Varro. 3. de re Rust.

Quotus enim quisq; est annus, quo non uideas epulum
aut triumphum.

Salustius in Catil.

Catilina

COPIAE.

Catilina in proximum annum consulatum petebat.

Liuius. 2. primæ Decad.

Res in annum extrahitur.

AVARITIAE EXEMPLA.

Cicero in Pis. & Gab.

Vim argenteam dederant præclaro imperatori nostro

Tacitus libro. 17.

Capito auaritia & libidine foedus.

Liuius 5. tertiæ Decad.

Qui fraude & auaritia parem neminem habuit.

Suetonius in Tibe.

Nec prouincias liberalitate subleuauit.

AVDATIAE EXEMPLA.

Cæsar. 2. de bell. Gall.

Vt magnam sibi auctoritatem in re militari sumerent.

Cicero pro Gn. Plan.

Hic quod animo sentiebat, & vultu promptum habuit, & lingua.

Cicero pro Ros. Amer.

Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus.

Cicero in Verrem act. 7.

Vt nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius uita septa, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem & audaciam esse posset.

Liuius. 5. primæ Decad.

Cum priorum audacia dubijs etiam animum faceret.

Cicero in Catil.

Non

EXEMPLA

Non ad deponendū, sed ad confirmandum audaciam.

AUDITVS, auriumq; exempla.

Plautus in Amphyt.

Vox mihi ad aures aduolauit.

Liuius. 10. primæ Decad.

En usquàm fando audistis.

Cicero pro Quin. Ligario.

Cū tu neq; per te scires, neq; aliunde audire potuisses.

Plautus in Cistel.

Tua dicta in aureis non recipio.

Idem in Captiuis.

Neq; id immitto in aures meas.

Liuius. 7. tertie Decad.

Illā clades auribus, nō animis accepta erat.

Plautus in Milite glo.

Auris meas dedo in ditionem tuam.

AVRI ARGENTIq; exempla.

Cicero in Verrem actio. 6.

Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis.

Liuius. 9. primæ Decad.

Auro & argento suta cælauerant.

Tullius in Verrem acti. 7.

Naui plena argenti facti atq; signati.

Plautus in Epidico.

Argentum sumpsi fœnore.

AVXILIVM VARIARVM

rerum per exempla.

Cicero

C O P I A E.

Cicero pro Corne. Balbo.

Et magnū bellū gerentē cōmeatu pecuniāq; iuuerunt.

Liuius. 4. primæ Decad.

Ibi presentī ope res egebat.

Cæsar. 2. de bello Gallico.

Aduatici cū omnibus copijs auxilio Neruijs ueniebāt.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Præsidia intra quadragesimum diem uentura.

Cæsar commenta. primo.

Et Rhomam se uenisse auxilium postulatum.

Cicero ad Brutum.

Labenti & inclinatæ reipublicæ succurrit.

Cæsar libro septimo.

Ad hos omnes casus prouisa erant præsidia.

Liuius. 2. primæ Decad.

Pars Sabinis subsidio eunt.

Cicero in Catilina.

Consulite uobis, prospicite patriæ ad salutem circum-

Cæsar Comment. quarto.

(spicite.

Cæsar equitatum suis auxilio misit.

Tacitus libro quarto.

Vt urbibus subueniretur remissione tributi in trienniū.

Plinius ad Tacitum quarto.

Huic uicio occurri uno remedio potest.

Cicero pro Ligario.

Tu idem ser opem qui spem dedisti.

A E D I F I C O, per eloactionis exempla.

Tranquillus

EXEMPLA

Tranquillus in Augusto.

Vias sternendas ex manubiali pecunia uiris triumphabilibus distribuit.

Cicero ad Atticum primo.

Te multum amamus, q̄ ea paruo à te curata sunt.

Varro primo de re Rust.

Maiora enim tecta & edificamus pluris, & tuemus sumptu maiore.

Cicero pro domo sua.

Ad cœlum tamen extruxit uillam uisceribus ærarij.

Plautus in Mustel.

De exemplo meo edificet.

Varro. 3. de re Rust.

Ambulatio est sub dio, pedes lata denos.

Salustius in Cicero.

Cũ tibi alius Tusculanã, alius Põpeianã uillã edificabat

Varro. 3. de re Rust.

Tabulæ fictæ ut sint bipalmes.

Liuius primo 3. deca.

Ferrum tres in longum pedes habebat.

Cicero ad Quint. Fr. libro 2

Tribus locis edifico, reliqua reconcinno.

Suetonius in Augusto.

Tyberis edificiorum prolapsionibus coarctatus.

Idem in Domit.

Bibliothecas absumptas incendio impensissime reparare curauit.

Varro

COPIAE.

Varro primo de re Rust.

Sepimentum uiuum est uiuæ radicis, mortuum ex agre
sti ligno, militare ex fossa, quartum ex lapide, uel maceria

AES ALIENVM.

Salustius in Catil.

Quicumque æs grande conflauerat, quo flagitium, aut
facinus redimeret.

Liuius. 2. primæ Dec.

Plebs ære alieno demersa.

Tranquillus in Augusto.

Alias ære alieno laborantes leuauit.

Cicero ad Atticum. 6.

Ciuitates omni ære alieno liberatæ.

Cicero pro P. Sylla.

Aes alienum non libidine, sed negotij gerendi causa es
se contractum.

Tacitus lib. 3.

Ob magnitudinem æris alieni rebellionem coeptauere.

Cicero in Catil. inuect. 2.

Qui quanquam premuntur ære alieno, in tantum æs
alienum inciderunt.

Plinius ad Iul. genitorem.

Opus erat, ut æs alienum exolueret.

AETATIS EXEMPLA

Salustius in Catil.

Nam ut cuiusq; animus ex ætate flagrabat.

Suetonius in Augu.

E

Si pupil

EXEMPLA

Si pupillari etate essent.

Suetonius in Augu.

Infans in unis repositus.

Liuius. 4. tertie deca.

Hieronimus uix dum pubescens.

Tranquillus in Tiro.

Excessit altero, & quadragesimo etatis anno.

Salustius in Iugurino.

Vbi primum etas militie patiens fuit.

BELLVM PER ELOCV

tionis exempla.

Salustius in Iugur.

Deinde, ubi propius uentum est, utrinq; magno clamore concurritur.

Idem in Iugurtha.

Bellum magnum & atrox, uariaq; uictoria fuit.

Cesar libro. 6.

Hostem impedito, atq; iniquo loco tenetis.

Idem in eodem.

Ne studium belli gerendi agricultura commutent.

Liuius. 7. primae deca.

Tenor pugnae in ultimam defatigationem proccssit.

Liuius. 10. primae deca.

Suis metipsum uiribus belli molem sustinent.

Liuius primo, primae deca.

Magna utrinque caede pugnatum est.

Salustius in Iugur.

Deinde

COPIAE.

Deinde ubi unæ atq; alteræ scæle comminutæ sunt.

Idem in Catilina.

Vt grege facto cum telis ad sese irrumperent.

Cæsar libro. 6.

Cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert.

Idem commen. primo.

Ab hora diei septima ad uesperam pugnatum est.

Idem libro. 7.

Incolumes ad unum in castra perueniunt.

Liuius. 10. primæ decæ.

Illic ab ultima animis spe dimicantibus pugnatum.

Cæsar commen. primo.

Quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido
facultas.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Prosperissime, ac ne ancipiti fortuna dimicauit.

Salustius in Catil.

Cum infestis signis utrinq; concurrunt.

Idem in Catilina.

Inter confertissimos hostes incurrunt.

Cæsar libro. 7.

Erat Rhomanis nec loco, nec numero æqua contentio.

Cæsar commen. primo.

Ad multam noctem, etiã ad impedimenta pugnatũ est.

Liuius primo, tertie decadis.

Re ita gesta, sui ad utrunq; ducem redierunt, populabiũ
dus magis, quã iusto bello oppidum repetebat.

Cæsar libro. 7.

EXEMPLA

Nonnulli perterriti in oppidum irrupunt.

Liuius. 2. primæ dec.

Non est manibus temperatum.

Tranquillus in Augusto.

In serum dimicatione protracta.

Liuius. 2. primæ Dec.

Concursum est ad arma.

Idem in eodem.

Nihil bello intactum reliquit.

Idem in eodem.

Signum receptui dedit.

Cæsar. 2. de bel. Gal.

Murus defensoribus nudatus.

Liuius. 3. primæ dec.

Clades ultro citroq; illatæ, & acceptæ.

Idem. 4. primæ dec.

Excursiones in agrum Rhomanum fecerunt.

Cæsar libro. 3.

Post dato signo è castris erumpunt.

Cicero pro Quint. Ligario.

Aphricam arcem omnium prouinciarum natam ad bellum contra hanc urbem.

Tacitus lib. 19.

Nec ipse inglorius militiæ.

Liuius. 4. tertie dec.

Ludificabatur quæ hostes agerent.

Idem. 8. 3. dec.

C O P I A E.

Procul a domo bellum gerebat.

Idem. 4. quartæ dec.

Res parua in magnum certamen exæssit.

Quint. 8. de instit. orat.

Circa quem inexpugnabilis, et Grammaticis inter ipsos,
& Philosophis pugna est.

Salustius in Iugu.

Non uti antea cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit.

Idem in eodem.

Milites ex hybernaulis in expeditionem euocat.

Cicero pro Luc. Mur.

Cedat (opinor) Sulpici forum castris, ocium militiæ, stylus gladio, umbra soli.

Tacitus libro. 21.

Pauci ornati militariter, plerique circum brachia torta veste, & strictis mucronibus.

Cæsar libro. 4.

Milites in castra irrumpunt, nostri ad unum omnes incolumes.

Liuius. 7. 4. decæ.

Novum de integro bellum instaurant.

Liuius. 6. 4. decæ.

Quintius muris obambulabat.

Tacitus. 19.

Valerius Paulinus strenuus militiæ.

Liuius. 7. quartæ decæ.

Hostes improuiso inuadit.

EXEMPLA

Cæsar libro. 7.

Longe alia ratione bellum esse gerendum atq; antea.

Salustius in Iugur.

Ad hoc mulieres, pueriq; pro tectis ædificiorum saxa,

Et alia, quæ locus præbebat, certatim mittere.

Liuius primo. 2. Decad.

Ciuitas erecta in expectationem belli.

Tacitus 19.

Tentatis animis leui prælio, ex æquo discessum est.

Tranquillus in Calig.

Res bellicas semel attingit, neq; ex destinato.

Brutus ad Ciceronem lib. 11.

Bellum non resinctum, sed inflammatum.

Asinius lib. 6. episto.

Itum est ad arma.

BONITAS ET BONORVM

morum exempla.

Plautus in Trinum.

**Vtina n boni mores ueteris parsimonie, maiori honori
essent, quàm mali.**

Cicero pro Corne. Balbo.

**An pudor, an integritas, an religio in eo? an diligentia
unquam requisita est?**

Cicero pro Corne. Balbo.

**Habetis hominem singulari pudore, uirtute cognita, et
spectata fide.**

Cicero

COPIAE.

Cicero ad Quint. Fra.

Homo & sua sponte moderatus, & maiorum institutis optimis obtemperans.

Cicero ad Atticum. 7.

Iam cum bonis omnibus summam inerat gratiam.

Cicero pro P. Sylla.

In censione urbem, internitione ciues, uasitate Italiam, interitu rempublicam liberaui.

Cicero pro lege agra.

Consentite cum bonis.

Cicero ad Pomp. pro le. ag.

Nam soer tuus uir multum bonus.

Cicero pro M. Marcel.

Quis omnium tam ignarus reru, qui non intelligat tua salute contineri suam, & ex unius tua uitam pendere omnium?

Plautus in Captiuis.

Non secus me illi facturum, quam memet mihi.

Cicero pro P. Quintio.

Etenim si uult uirorum bonorum instituto uiuere.

Cicero pro Luc. Flac.

Homines sunt tota Asia frugalissimi, sanctissimi, à Graecorum luxuria & leuitate remotissimi.

Cicero pro M. Coelio.

Et se ad frugem bonam (ut dicitur) recepisse.

Salustius in Catilina.

Id ne agitur, bonis ne an malis moribus uiuamus.

EXEMPLA

Cicero ad Att. 14.

Si bonitas tua responderit iudicio meo.

Cicero in Bruco.

*Homines cum inter se coniuncti, tū mihi ita chari, itaq;
iucandi, ut eorum aspectu omnis quæ me angebat de
Rep. cura confederit.*

BENEFICIORVM

exempla.

Plinius de laude Traiani.

*Quod temporis punctum, aut beneficio sterile, aut uas
Suet. in Iul. Cæsar. (cum laude.*

Constituta erant publicæ præmia.

Cicero pro M. Marc.

Tū præterea intelligis, quāta in dato beneficio sit laus.

Plautus in Capt.

Cui tantum boni offero, quantum à dijs optat.

Liuius. 7. primæ decad.

Locata beneficia apud gratos.

Cicero pro Gn. Plan.

Cui obstrictus sum memoria beneficij sempiterna.

Plautus in Rudente.

Nam bonis quod bene fit, haud perijt.

Ad Trebatium lib. 1.

Beneficium uestrum habet nonnullam querelam.

BLANDITIAE.

Cicero pro Gn. Plan.

Facilis est illa occurfatio, & blanditia popularis.

Tacitus

COPIAE.

Tacitus libro. 2.

Multa in vulgus grata usurpauit.

Tranquillus in Augu.

Pueri facie, & garrulitate amabilis.

Cicero pro Aul. Cluentio.

Qui ut se blanditijs & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immerfit.

Cicero pro Lu. Flacco.

Seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio pernitiōsa, frons omnium familiaris, iracundiæ occultæ, blanditiæ aperte.

Plinius ad Fundanum. 4.

Optamus tibi, ominamurq; in proximum annū consuetudinis exempla.

CALENDAE PER ELO= (latū.

Cicero ad Atticum. 14.

Ad pridie Calendarum Iunij.

Cicero ad Atticum.

Quinto Iduum Februarij diem ex die expectabam.

Idem ad Atticum. 5.

Ad decimum calendarum Octobris.

Salustius in Catilina.

In nonas Februarias consilium cædis transfuit.

Plinius ad Octavianum Ruff.

Me circa Idus Octobris spero Romæ futurum.

CAPILLORVM exempla.

Suetonius in Iul. Cesar.

E X E M P L A

Barbam & capillum summisit.

Cicero post red. suum.

Madenti coma, composito capillo, grauibus oculis;

Tranquillus in Caligula.

Fuit capillo raro, & circa uerticē nullo, hirsutus cetera

Cicero de lege Agrar.

(14.

Capillatior quàm antea barbaq; maiore.

Suetonius in Domit.

Fuit caluitio deformi.

C A S T I T A T I S E T C O N T I N E N T I Æ E X E M P L A

gentiæ exempla.

Cicero pro Pub. Quint.

Non habere domum clausam pudori, & sanctimonie.

Cæsar libro. 6.

Intra annum uicissimum scemine notitiam habuisse, in turpissimis habet rebus.

Plautus in Pœnulo.

Indignum genere questum corpore faciunt.

Cicero in Verrem. act. 6.

Quæ nõ modo attingi, sed ne cogitatioe uiolari fas fuit.

Liuius in primo. 1. Decad.

Suo pte ingenio temperatus.

Plinius de laudibus Tra.

Affectata alijs castitas, tibi ingenita.

Plinius ad Gemini. 7.

Ac primum conspicuus forma, omnes sermones malignorum & puer & iuuenis euasit.

C E L E R I T A S

COPIAE.

CELERITAS.

Liuius. 6. quartæ Decad.

Quanta maxima celeritate potest.

Suetonius in Othone.

Impigre, atq; præpropere.

Idem in Tito.

Confestim ad matrem arfores suos misit.

Cicero pro P. Quintio.

Septingenta millia passuum uis esse decursa biduo.

CLEMENTIAE EXEMPLA.

Suetonius in Caligu.

Criminum omnium gratiam fecit.

Tranquillus in Vitell.

Ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia

Cicero in Ver. actio. 7. (demptis.

Vt damnati in integrum restituantur, uincti soluantur,
exules reducantur, res iudicatæ rescindantur.

Tacitus in uita Agric. (esse.

Nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentus

Idem libro duodecimo.

In cæteros data uenia.

Suetonius in Claudio.

Immunes ab omni onere præstitit.

Cicero in Ver. actio. 4.

Cuius uirtutem hostes, misericordiam uicti, fidem cæte
ri perspexerunt.

Tacitus libro decimoquarto.

Caluisiã

E X E M P L A

Caluſiam pœna exoluit.

COLLOQVENDI exempla.

Cæſar commenta. primo.

Vt ex equis colloquerentur placuit.

Liuius. 3. primæ decad.

In hanc ſententiam locuti.

Cicero in Vatinium teſtem.

Erumpit aliquando ex me uera uox.

Liuius. 2. tertiæ decad.

Homo lingua immodicus.

Idem. 3. tertiæ decad.

Si quid arcani eſt, pro nō dicto habendū ſit.

Cicero ad Atticum. 15.

Noſter Brutus deiectus eſt de illo inani ſermone.

Tacitus libro. 14.

Hæc ueluti in commune diſſeruit.

Plautus in Pſeudolo.

Nimis diu, longumq; loquor.

Saluſtius in Iugurt.

Iugurtha cū Aulo in colloquio uerba fecit.

Liuius libro tertio.

Ad imperatorem in colloquium uenit Philocles.

Plautus in Pœnulo.

Cura ut clanculum hæc ſint dicta.

Saluſtius in Iugur.

Colloquio diem, locum, tempus ipſe deligeret.

Quint. primo de inſtit. orat.

Nam pro=

C O P I A E.

Nam proprietas ac differentia omnibus, qui sermonem curæ habent.

COMMUDI SEV COM-
moditatis exempla.

Plautus in Captiuis.

Faciam quod in rem conducat tuam.

Salustius in Catilina.

Tamen in rem fore credens.

Cicero ad Atticum. 4.

Visum est mihi ad multa quadrare.

Tranquillus in Tiberio.

Plurimum ad uictoriam contulit.

Cicero de reditu suo.

Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo

Cicero ad Brutum. (magis.

Id qd' dignitati et existimationi tuæ conducere maxime

Liuius. 6. tertiæ Decadis. (sentiebam.

Quæ in rem non essent, in diem posterum distulerunt.

CONCORDIAE EXEMPLA.

Cicero pro Roscio Ame.

Conueniat mihi tecum necesse est.

Plautus in Mercat.

Bene erit mihi tecum.

Cicero pro Roscio Ame.

De amicorū cognatorumq; sententia Rhomã cõsugit.

Liuius. 5. tertiæ Decad.

Ex composito signum datum erat.

Cicero

EXEMPLA

- Cicero ad Atticum. 8.
Coniūgo me cum homine ad uastandā Italianā parato.
Liuius. 7. primæ Decad.
Plebs conuenerat ut alternis annis fierent.
Cicero pro Pub. Sextio.
Causa in quam omnes honestates ciuitatis, omnes gens
tes, omnes ordines consentiunt.
Liuius. 6. quartæ Decad.
Ita ut omnes ad unum consentirent.
Varro. 2. de re rustica.
Oues quæ se congregent & cōdensent in locū unum.
Liuius. 3. quartæ Decad.
In Attali sententia mconcessit.
Idem. 7. tertie Decad.
Inter dictaturam & tribunatum conuenit, ut eo quod
censuisset senatus, staretur.

CONSTANTIAE EXEMPLA.

- Cicero pro Cor. Balbo.
Qui de ciuitate discedere, quàm de sententia maluit.
Liuius. 7. primæ Decad.
Constantia inceptum obtinuit.
Cicero ad Atticum. 9.
Per enim magni estimo tibi firmitudinem animi nostri
Idem pro P. Sex. (probari).
Qui de ciuitate maluit, quã de sua sententia dimoueri.

CONSILII EXEMPLA.

Suctonius in Iulio Cesare.

Consilia

C O P I A E.

Consilia dispersim habita.

Tacitus libro secundo.

Plura se consilio quã ui perfecisse dicebat.

Liuius. 6. primæ Decad.

Interdium noctuq; consilia agtat.

Liuius. 6. tertie Deca.

Nil salutare in medium consulebatur.

Tacitus libro decimosextimo.

Omne mihi in turbido est consilium.

Plautus in Mera.

Anni decem pectore incerti erant.

Cicero ad Atticum.

Nedum hominū humiliū, sed etiã amplissimorū consilia.

Tacitus decimosextimo.

Ambiguus consilij.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Staturus eo, quod plures cœnsueritis.

Cicero ad Atticum. 5.

Non possum statuere, iure quis proficiatur, nec ne.

Plinius ad Seuerum. 5.

Adhibui in consilium duos, conuenimus in ædem Con

Cicero lib. 5. epistolarū. (cordiæ.

Non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem aut timorem.

CONVIVIÏ ELOCUTIONES.

Tranquillus in Iulio Cesare.

Conuiuia in primam lucem sepe protraxit.

Plautus

EXEMPLA

Plautus in *Aulularia*.

In nuptias coquos accepit.

Plautus in *Captiuis*.

Hic ad coenam ad me se recipit.

Idem in *Gurgulio*.

Postquã cœnati, prouocat me in aleam.

Idem in *Cassina*.

Nõ adhuc guttam uini in os meum indidi.

Varro. 3. de re rustica.

Cuius aues hospitales etiam nunc ructor,
quas mihi apposuisti.

Cicero in *Verrem*, actione. 5.

Dicam solitum esse non in publico, sed etiam de publico conuiuari.

Plautus in *Cassina*.

In cœnam ex ædibus senem extrudunt.

Idem in *Cistel*.

Accepisti apud te nos in prandio nitide opi

Plautus in *Menech*. (pareq;

Affer obsonium, tribus uide quid sit satis.

Cicero in *Verrem*, actione. 5.

Is cœnam isti dabat apud uillam suam.

Tranquillus in *Vitellio*.

Trifarum, & interdum quadrifariã epulas dispertiebat, in ientacula, prandia, cœnas comessationesq;

Cicero pro *Roscio Ame*.

Conuiuia cum patre non inibat.

Suetonius

COPIAE.

Suetonius in Augusto.

Cœnam ternis ferculis, aut cum abundatissima senis præbebat.

Plautus in Aulularia.

Obsonavit conuiuium.

Cicero pro Rosc. Ame.

Cum cœnatus cubitum, in idem conclaue cum duobus adolescentibus filijs isset.

Suetonius in Vespas.

Et se honore cœnæ dignatus est

Plautus in Stich.

Dum de tuo tibi cœnes.

Idem in Cassina.

Ene escas molliculas, ampliter obsonato.

Varro. 2. de re Rust.

Pascitur enim è culina, ita sunt assiduiiores.

Cæsar libro. 3.

Ac plerumq; frumento utuntur importato.

Cicero in Ver. act. 7.

Nonnullæ in conuiuium adhibebantur palam.

Plautus in mercat.

Venio, disumbo, acceptus hilare atq; ampliter.

Terentius in Adel.

Apparere de die conuiuium.

Plautus in Amphyt.

Inuitauit se in cœna plusculum.

Suetonius in August.

EXEMPLA

Cum largissime se inuitaret.

Cicero in Catili.

Labor exponitur in antelucanis cenis.

De Senectute.

Produximus in multam noctem conuiuium.

CREDENDI ET CREDI-

toris eloatio.

Liuius 1. primæ Decad.

Eunt inclinatis ad credendum animis.

Cato de re rustica.

Quod dominus crediderit, exigat.

Salustius in Catilina.

Creditum sibi abiurauerat.

Cicero pro Rab. Posth.

Huic ipsi Alexandrino grandē iam antea pecuniam credidit, nunq̄ desistit mittere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare, cum magnitudine animi, tum liberalitate uitam patris, & consuetudinem expresserat.

CULTVS ET POSI-

tus corporis.

Tranquillus in Iul. Cæsar,

Togam de humero deiecit.

Idem de eodem.

Veste à pectore discissa.

Idem in Iul. Cæsar.

Cultu notabilem fuisse ferunt.

Salustius in Catilina.

COPIAE.

Color ei exanguis, foedi oculi, prorsus in facie uultuq;
uercordia inerat.

Tacitus libro. 17.

Cecinna immodicus animi, ingens corpore.

Tranquillus in Claudio.

Authoritas, dignitasq; formæ non defuit.

Suetonius in August.

Corpore traditur maculoso, genitiuis notis dispersis
per corpus.

Varro. 2. de re Rust.

Nulla parte corporis inter se non congruente

Tacitus libro. 14.

Animi ualidus, & corpore ingens.

Suetonius in Claudio.

Corpore nec prolixo, nec exili erat, canicie pulchra,
opimis crucibus.

Idem in August.

Forma lenocinij negligens.

Salustius in Iugur.

Eodem cultu, quo liberos suos domi habuit.

M. Var. 2. de Rust.

Corpore sit amplo, & bene costato.

Liuius. 8. primæ dea.

Virgo insimulata propter mundiorem iusto cultum.

Suetonius in Tiro.

Forma cui non minus esset authoritatis q̄ gratiæ.

CVSTODIAE EXEM

EXEMPLA

pla seu carceris.

Tranquillus in Augu.

A se in custodiam coniectum.

Cicero in Ver. act. 6.

Quem in uinula, atq; in tenebris abripi iussit.

Suetonius in Iul. Cæsar.

*Pistorem, alium quàm sibi panem conuiuis subiicientem
compedibus uinxit.*

Idem in Tiberio.

Conuiciatorem rapi iussit in carcerem.

Cicero in C. Verrem.

*Cum esset talis uir in tenebris, in carcere, in squalore,
in sordibus.*

CVPIDITATIS ELOCVTIONES.

Salustius in Catilina.

Alicni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus.

Cicero in Ver. act. 4.

Planè uidebant adiectum esse oculum hereditati.

Idem in Ver. act. 5.

Regna deniq; oïa de cupiditatibus nostris exposulabāt

Cicero in Verrem act. 5.

Locus intra Oceanum iam nullus est, neq; tam longin=
quus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum
libido, iniquitasq; peruasit.

Salustius in Iugur.

Natura mortalium præcep̄s ad explendam animi au=
piditatem.

Crudelis

COPIAE.

CRVDELIS VEL CRVDE-

litatis Elocutio.

Liuius 6. quartæ Decad.

Ad rem atrocem adiecit animum.

Cicero pro Roscio Ame.

Insui uoluerūt in euleū uiuos, atq; ita in flumē deiici.

Cicero in L. Pisonem.

Cum orbabas Italiam iuuentute.

Cicero in eundem.

Contumax, rapax, fallax, perfidiosus, impudens, au-
dax, libidinosus, luxuriosus, nequam.

Liuius 7. tertie Decad.

Quidam generi humano infocials.

Cicero in Salustium.

Nam q̄ ista inusitata rabie, in filiam & uxorem me-
am inuasisti.

Cicero pro Roscio Ame.

In cæde, atq; ex cæde uiuunt.

Tranquillus in Domi.

Gladiatores noctibus ad lychnos commisit.

Cicero pro L. Murena.

Repudiatio amicorum, neglectio supplicum.

Suctonius in Vitellio.

Pronus ad cuiusq; quacūq; de causa necem.

Cicero pro Ros. Ame.

Inter feras satius est degere, quàm in hac tanta imma-
nitate uersari.

EXEMPLA

Cicero pro domo sua.

Crudelitatem expromo, quam in ipsum me, & meos
adhibuistis.

Tranquil. in Tiberio.

Mox in omne genus crudelitatis erupit.

Cicero pro P. Sextio.

Quem cum extremo spiritu exanguem, & confectum
uiderent, defatigatione magis quam misericordia cœ-
dere destiterunt.

DE.

Plautus in Truculent.

Qui oues Tarentinas erat mercatus de patre.

Ibidem.

Nam mihi de uento misere condoluit caput.

Cicero contra Catilinam.

Quæ sui de Catilina.

DEI OPTIMI MAXIMI

elocationes.

Plinius ad Vocon. primo

Non possum dicere aliud tūc mihi quàm deos adfuisse.

Cicero in Ver. act. 1.

Tamen ita deos uelim mihi propitios.

Salustius in Iugurtha.

Vt neq; deos immortales in animo habeat.

Liuius .1. primæ Decad.

Templis deum tantum temperatum est.

Cicero pro P. Sextio.

Quos

COPIAE.

Quos deorum immortalium coetu ac numero repono.
Plinius ad Calest. primo.

Affuit tamen uoto deus.

DEDICATIONIS EXEMPLA.

Suetonius in Calig.

Cuius effigiem in aede Veneris dedicauit.
Cicero pro domo sua.

Quid cum Lucinia uirgo uestalis aram, & aediculam,
& puluinar sub saxo sacro dedicasset.
Cicero pro Cor. Bal.

Peritus uero nostri moris, ac iuris, nemo unquam qui
in aliam se ciuitatem dixit.
Liuus. 7. primæ Decad.

Magnum auri pondus in Capitolio sacrauit.
Idem.

Obsecratio in unum diem populo indicta.

DECORIS seu ornamenti exempla.

Cicero pro reg. Deio.

In quæ cū dij atq; homines oīa ornamenta cōgesissent.
Salustius in Catilina.

Diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt.
Cicero ad Atticum. 14.

Meq; aliqua ex parte in societate tuarū laudum uenire
Tacitus lib. 14. (patiare.

Hoc quoq; in tuam gloriam aedit.
Cæsar. 3. de bel. Ciuili.

Ad hunc summa imperij respiciebat.

E X E M P L A

Tranquillus in Clau.

Ornamenta consularia etiam procuratoribus indulgit.

Cicero pro P. Sextio.

Illam ornamenta decere me non putabam.

Cicero in L. Pisonem.

Ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit.

DELICTI VEL ERRORIS exempla.

Cicero pro rege Deiota.

Sed errore comuni lapsus est.

Cicero pro Milone.

Quis ignorat maximam illicebam esse peccandi impunitatis spem?

Cicero in Ver. acti. 7.

Qui sciebas tibi crimini datum iri.

Cicero ad Atticum libro. 11.

Solius enim meum peccatum corrigi non potest.

Cicero in Ver. act. 3.

Cum punctum temporis nullum uacuum peccato praeterire passus sit.

Idem in eundem. act. 4.

Fac ita esse, tamen hoc ferendum est nullo modo.

Cicero pro Rosc. Amer.

Hi cum de tuis factis publice conqueruntur.

Varro. 3. de re rust.

Tamen in eam partem potius peccant.

Plautus in Trinum.

Velim me doceas, ne labar in impudentiam.

Cicero

C O P I A E .

Cicero pro Rab. posth.

Non tuapte errasse noui sponte.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Serpit hoc malum longius quàm putatis.

Cicero pro M. Maræl.

Prouectus est in intemperantiam linguæ.

DEMENTIÆ exempla.

Plautus in Cassina.

Sui impos est animi.

Salustius in Catilina.

Quibus si quicquàm pensi fuisset.

Cicero in Ver. act. 6.

Quidam homo ridicule insanus.

Salustius in Iugur.

Sed rumor demens erat.

Tranquillus in Calig.

Quorum studio teneretur, omnibus ad insaniam fauit.

Tacitus lib. 20.

Petilius contemnendis quàm cauendis hostibus melior.

Suetonius in Ner.

Inter ludibria aule habetur.

DETRAHENDI SEV

detractoris exempla.

Plautus in Pen.

Est thesaurus stultis in lingua situs, ut quæstui habeant
male loqui melioribus.

Plinius in laudibus Tra.

EXEMPLA

Delatores non in præsens tantum, sed in æternum re-
pressisti.

Cicero pro Reg. Deiotæ.

Tanẽ hoc maledictũ minime in illã etatẽ conueniret.

Cicero ad Atticum. 11.

Ille non cessat de nobis detrahere.

Cicero in Ver. act. 6.

Detrahere aliquid de magnitudine Marcellorũ putastũ.

Cicero ad Quint. Fra. 2.

Sed maledico dente carpunt, rodunt in circulis.

Liuius. 7. quartæ Decad.

M. Por. Cato Scipionis magnitudinem adlatrabat.

DIES ET EIVS ELO-

cutiones uariæ.

Cicero pro Aul. Cluen.

Et ibi diem posteram commoraretur.

Tacitus libro. 5.

Diem ex die prolatabant.

Cicero pro Aul. Cluen.

Qui cum iam unum & alterum diem desideraretur.

Liuius. 1. primæ Decad.

Ea res exemerat illum diem.

Cæsar Commenta. primo.

Diem ex die duære.

Cicero pro Aul. Cluen.

Dies nondum decem intercesserant.

Cæsar Commenta. 1.

Multo

C O P I A E.

Multo deniq; die *Cesar* per exploratores cognouit.

Tacitus libro primo.

Aut flexo in uesperam die.

Plautus in *Pseu.*

Iam multum erat diei.

Liuius. 5. tert. *Deca.*

Cum is diem de die differret.

Idem. 1. tertie *Deca.*

Quadriduum super rupem absumptum.

Salustius in *Iugur.*

Deniq; in multum diei proccesserat.

Cesar de bello ciuili.

Septem dies ad *Corphinum* commoratus.

Liuius. 4. quartæ *deca.*

Per triduum insequens territauit hostes.

Cesar libro septimo.

Omnium superiorum dimicationum fructum,

eo die atq; hora docet consistere.

Plautus in *Trin.*

Minus quindecim dies sunt, q; minas accepisti.

Cicero pro *Roscio Ame.*

Ac primo rem differre quotidie, ac procrastinare isti

Tranquillus in *Domit.* (ceperunt.

Lauabat de die.

Tacitus libro decimonono.

Precipiti in oasum die.

Cicero pro *Aul. Cæcina.*

Dies

EXEMPLA

Dies ex utriusq; commodo sumitur.

Tacitus lib. 17.

Vesperascente die.

Varro. 3. de re Rust.

Aestate ter, mane, meridie, uesper.

Liuius. 6. 1. Decad.

Nunciatus diem festum Dianæ per triduum agi.

Ibidem.

Cum is diem de die differret.

DIGNITATIS EXEMPLA.

Suetonius in Augusto.

Eius pater æstimatione magna fuit.

Idem in Galba.

Tantæ dignationis est habitus.

Cicero pro Rosc. Amer.

Quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset.

Cicero pro M. Celio.

**Etenim ab his fontibus profluxi ad hominum famam,
& meus hic forensis labor, uitæq; ratio dimanauit
ad existimationem hominum.**

Cicero in Ver. act. prima.

Habet existimationem multo sudore, labore, uigilijs col

Cicero in Philip.

(lectant.

Obsolebant dignitatis insignia.

Cicero lib. 1. ad Atticum.

Neq; de statu nostræ dignitatis est recedendum.

DILIGEN

COPIAE.

DILIGENTIAE IN REBUS
EXEMPLA.

Cicero in Verrem, actione prima.

Magno studio mihi à pueritia est elaboratum.

Cicero pro. M. Marcel.

Cum id solitudine, cura, labore tam diu præstiterim,
quàm diu est de illius salute dubitatum.

Liuius. 3. primæ Decad.

Nihil ab ulla parte remissum curæ aut laboris.

Cæsar libro quinto.

(tur.

Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermitti-

Cornelius Tacit. lib. 11.

Ne disciplina per desidiam exolesceret.

Liuius. 5. tertiæ Decad.

In id omni cura intentus.

Cicero in Verrem, actio. 5.

Summa data est à me opera, ut quàm plu-
rimo decimas uenderem.

Cicero in Ver. actio. 6.

Cum iste nihilo remissius, atq; etiam multo
uehementius instaret.

Cicero pro Roscio Ame.

Consilio, authoritate, diligentiâ perficit.

Cicero ad Quin. Fra.

Cura, elabora, perfice.

Tranquillus in Augu.

Ne à negocijs auocaretur.

Doctrina

EXEMPLA

DOCTRINA ET EIVS elocationes.

Liuius in. 1. primæ Decad.

Sub magistro non pœnitendo.

Cicero pro. P. Sylla.

Hæc diu multum, et multo labore quæsitæ.

Cicero pro Archia poëta.

Neq; enim quisquã est tã auersus à Musis.

Cicero in Ver. actio. 3.

Adolescentes ei in disciplinã traditi, mirũ est hominis

Plinius ad Suram. 7.

(ingenium.

Ipse ad scribendũ animum, oculos, manum, intendit.

Salustius in Iugur.

Igitur Sylla patriciæ gentis nobilis fuit, literis græcis

atq; latinis iuste atq; doctissime eruditus.

Quintili. 2. de insti. or.

Vt & teneriores annos ab iniuria sanctitas docētis cu

stodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat.

Cicero pro L. Mur.

Ha sunt omnia non à natura, sed à magistro.

Varro. 3. de re rustica.

Columbæ & apes, de quibus & Panus Mago, &

Cassius Dionysius, & alij quid separatim ac di-

ffersim in libris reliquerunt.

Plinius in laude Traiani.

Quam dignitatem sapientiæ professoribus habes?

Liuius. 9. tertiæ Decad.

Et ita pars maior authores sunt.

Varro

C O P I A E.

Varro. 2. de re rustica.

Nemo enim omnia potest scire.

Cicero in Ver. actio. 5.

Eos instituire, atq; erudire ad maiorum instituta, non
ad tuas turpitudines debuisti.

DOLORIS ELOCUTIONES.

Cicero pro Milone.

Nullum mihi tantum dolorem inuretis.

Idem pro Milone.

Omnes in me meosq; redundant ex illo fonte dolores

Cicero pro Gn. Plancio.

Distineor tamen & diuellor dolore.

Tacitus libro secundo.

Dolor, ira, & erumpebat questus.

Plautus in Amphi.

Quàm doluit cordi meo.

Idem in Cistellaria.

Doleo ab animo, ab oculis, & ab ægitudine.

Cicero pridie quàm iret in exiliũ.

Hem conditionem huius temporis.

Idem ad Atticum. 11.

Sunt res de quibus acerbissime afflictor.

Cicero ad Atticum. 12.

Iam enim corpore uix sustineo grauitatem cœli huius,
qui mihi laborem affert in dolore.

Idem ad Atticum. 12.

Sed eius est generis dolor, ut omnẽ consolatioẽ uincat.

Plautus

E X E M P L A

Plautus in Mil. glor.

Conqueritur mecum fortunas suas.

Cicero in Ver. actio. 3.

Cur hunc dolorem cineri eius inuisti?

Cicero ad Atticum. 12.

Enitar, si quo modo potero, ut præter me,
nemo dolorem meum sentiat.

Cicero ad Atticum. 12.

Mœrorem minui, dolorem nec potui, nec
si possem, uellem.

Cicero ad Atticum. 12.

Hilaritatem illam in perpetuum amisi.

Cicero in Verr. actio. 4.

Tamē dolorem suum nemini impertiebat.

Cicero ad Atticum. 6.

Sed Curionis & Pauli uicem doleo.

Plautus in Rudente.

Vt abscedat à me tanta ægrimonia.

Suetonius in Ner.

Nihil enim æque doluit, quàm cytharædæ
malum se increpitem.

Cicero ad Quin. Fra.


Neq; enim tantum uirium habet ulla aut prudentia,
aut doctrina, ut tantum dolorem possit sustinere.


Plautus in Trucul.


Doluit mihi misere caput de uento.


Tacitus in uita agrico.


24


























COPIAE.

FEROCIS EXEMPLA

Cicero in Vat. testem.

Nimum es uehemens, fero xq; natura.

Cicero pro Qu. Ligario.

Nonne omnem humanitatem exuisses?

Idem pro Qu. Ligario.

Tum de repente irruisset.

FAMIS EXEMPLA

Tranquillus in Caligula.

Præclusis horreis populo famem induxit.

Plautus in Capt.

Sum fame effractus.

Cicero pro domo sua.

Cum iam ingrauesceret annona, ut iam planè inopia, ac fames, non charitas timeretur, concursus est ad templum Concordiæ factus.

Cæsar libro. 3.

Maxime à re frumentaria laborabant.

FORTVNAE EXEMPA

Liuius. 4. primæ deæ.

Inclinante se fortuna ad causam honestatis.

Cicero in Ver. act. 3.

Quod cogitaris nisi ad nutum tuum præsto fuerit.

Cicero pro P. Sextio.

Cum is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset.

Cor. Tacitus libro. 17.

EXEMPLA

Titi ingenium quantæcunq; fortunæ capax.

Cæsar libro. 3.

Si non omnia cæderent secunda, fortunam esse industriæ subleuandam.

Tacitus libro 15.

Omnia in irritum ceciderunt.

Cicero libro 1. epist.

Ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem deciscere

FORTVNIS VEL PRO

prijs bonis expelli.

Cicero pro L. Flacco.

Principes spoliari omnibus fortunis, atq; ciuitate expelli posse arbitrabamur.

Salustius in Iugur.

Me regno fortunisq; omnibus expulit.

Cicero pro Milone.

Multos sedibus ac fortunis eiecerat.

Cicero pro P. Quintio.

De fortunis omnibus Pub. Quintius deturbandus est.

Cicero pro L. Flacco.

Omneis fortunis euersos esse dixerunt.

Plautus in Trin.

Cunctos ædibus exturbauit.

Cicero in L. Pisonem.

Ego Luc. Catilinam cædem urbis molientem egredi ex urbe iussi.

Cicero

COPIAE.

Cicero in Ver. act. 3.

Quis flētes euerſam à te puerū patris bonis eē dixerūt
Cicero in Philippicā.

Inuadere in fortunas alterius.

FUGAE VEL FUGIENTIS EXEMPLA.

Cæſar 2. de Bello Gal.

Præcipites fugæ eſſe mandabant.

Idem in eodem.

Hoſtes reintegrato prælio in fugam conicerunt.

Liuius 7. quartæ decæ.

Palati hoſtes fugabantur, & palantes.

Liuius 6. tertie decæ.

Caſtris egreſſus Aſdrubal, euasit in tutum.

Liuius 2. primæ decæ.

Nec ad fugam ſatis uirium fuit.

Tranquillus in Calig.

Ita ſe proripuit eſt ſpectaculis.

Cicero in C. Verrem.

Ex Hiſpania fugientes ad Sicilia appulſos eſſe dicebat.

Liuius 2. primæ decæ.

Nemo ullius niſi fugæ memor.

Tacitus libro 2.

Victo Vononi perſugum Armenia fuit.

Liuius 8. tertie decæ.

Effudere ſe in fugam.

Cicero pro domo ſua.

Quoties eſt ex ueſtro ferro ac manibus lapſus.

H 2

Liuius

EXEMPLA

- Liuius. 6. quartæ decæ.**
Retro ad classem refugit.
Cæsar libro. 4.
Atq; eos in fugam dedit.
Liuius. 3. quartæ decæ.
Sub id tempus colloquio se proripuit.
Liuius. 2. quartæ decæ.
Ex prælio intra uallum fugiebant.
Cæsar de Bel. Ciui. 2.
Portis se foras proripiunt.
Plautus in Amphyt.
Vt si nostri fugam facerent.

FIDEI EXEMPLA

- Cæsar Comment. 1.**
Cui summam rerum omnium fidem habebat.
Salustius in Catilina.
Post ubi fide publicæ data.
Liuius. 2. primæ decæ.
Idq; propius fidei est.
Cæsar. 2. de Bel. Gal.
**Qui dicerent se suaq; omnia in fidem populi Rhoma-
ni permittere.**
Cæsar in eodem.
Significabant uoce sese in eius fidem uenisse.
Plautus in Asin.
Cætera græca mercamur fide.
Cæsar libro. 5.

Necq;

COPIAE.

Neq; ab amicitia populi Rhomani defecturos.

Cicero prid. quàm ir. in exil.

Vti liberos meos in uestram fidem recipiatis.

Tranquillus in Tiberio.

Nemini delatorum fides abrogata.

Plautus in Pseud.

Paruam apud te fidem mihi esse intelligo.

Liuius. 5. tertiae deca.

In fidem populi Rhomani redierunt.

Liuius. 8. tertiae deca.

Multi, quibus ex fortuna pendet fides.

Cicero pro Ros. Amer.

Inq; eam rem fidem suam interponeret.

Liuius. 4. quartae deca.

In terris nil spei, si decederis fide.

Liuius. 7. quartae deca.

Annibal fidei regum nihil confisus.

Cicero pro Cn. Pomp.

Scimus Rhomæ solutione impedita, fidem concidisse.

Salustius in Iugurtha.

Paucis charior fides q̄ pecunia fuit.

Plinius in laud. Traiani.

Quãta in oculis, habitu, gestu, toto deniq; corpore fides.

Cicero in Pis. & Gab.

Vrbem Bizantium huic imperio fidelissimam hostilem in modum uexatam.

Plinius ad Albinum.

EXEMPLA

Tam rara i amici, ijs fides, tã parata obliuio mortuorũ.

FORTIS EXEMPLA.

Tacitus libro. 11.

Ille magnis ausis promptus.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Homo ferrei corporis, animũq;.

Plautus in Merc.

Bis tanto ualem quàm prius.

Salustius in Iugur.

Nam à parente meo, & alijs sanctis uiris accepi, mundicias mulieribus, uiris laborem conuenire.

Tacitus libro. 17.

Strenuus manu, sermone promptus.

Cæsar de bel. Ciuili.

Hortatur eos ne animo deficient.

FVRORIS EXEMPLA.

Cicero in Ver. act. 3.

Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubrij atq; hospitis.

Cicero pro Milone.

Cum facibus ad curiam accurrerunt, cum facibus ad Cæstoris, cum gladijs toto foro uolitarunt.

FVRVM SEV ERE

ptorum exempla.

Cicero pro Rosc. Amer.

Accusant hi, qui in fortunã eius inuasērunt.

Cicero pro Rosc. Amer.

Quoniam

C O P I A E.

Quoniam in alienam pecuniam nullo iure inuasit.

Cicero pro Rosc. Amer.

Anseribus cibaria publicæ locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures uenerint.

Cicero in Ver. act. 4.

Verum esto, eripe hæreditatem propinquis, prædare in bonis alienis.

Tranquillus in Ner.

Calumnijs rapinisq; intendit animum.

Cicero ad Quint. fratrem. 2.

Publicam dilapidabant pecuniã, ærariũ exhauriebant.

Cicero in Ver. act. 6.

Niconis filium omni argento optime facto spoliasti.

Cicero pro L. Flacco.

Item pecuniæ publicæ est condemnatus.

GAVDII VEL GAV=

dentis elocutiones.

Cicero pro Cn. Pomp.

Atq; illud in primis letandum esse uideo.

Cicero pro Cn. Plancio.

Capiebã animo non mediocrẽ uoluptatem.

Plinius ad Voconium. 1.

Rustici Aruleni exultauerat morte.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Matronæ limine contineri non poterant.

M Varro.

Nec animus in gaudium aut formidinem permotus.

H * Cesar

EXEMPLA

Cæsar in comment.

Principes ciuitatū ad Cæsarem gratulatum uenerant.

Cicero ad Atticum. 3.

De reditu nostro gratularer.

Cicero pro Aul. Cluen.

Mater exultare leticia, & triumphare gaudio cœpit.

Liuius. 4. primæ Decad.

Quos ex metu in alacritatem uerterat.

Liuius. 9. primæ Decad.

Inuicem inter se gratantes.

Cicero ad Atticum. 14.

Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, q̄ homines me socium adscribant tuis laudibus.

Suetonius in Nerone.

Ad eam speciem exiliuit gaudio.

Idem in Ner.

Tantum gaudium publicæ præbuit.

Cicero in Ver. act. 7.

Letaris tu in omnium gemitu, & triumphas.

Cicero ad Quint. Fr. 2.

Immortaliter gaudeo.

Liuius. 9. primæ Decad.

Lux ciuitati affulsisse uisa est.

Plautus in Trucul.

Dij magni ut ego letus sum, ut leticia differor.

Cicero libro. 10. episto.

Elatus sum gaudio.

COPIAE.

GENTIVM DIVERSARVM

mores per exempla.

Cæsar libro. 6.

Eorum uictus in lacte, caseo, carne.

Idem libro. 5.

Maritima regio, neq; multū galliæ differt cōsuetudine.

Cæsar libro. 4.

Sueui lacte uiuunt, muliumq; sunt in uenatione.

Cicero de resp. arusp.

Tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec
calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, sed pietate,
religione, sapientia superauimus.

Cicero de lege Agraria.

Carthaginenses fraudulentī, & mendaces. Ligures
montani, duri, atq; agrestes. Campani semper
superbi bonitate agrorum, fructuum magnitudine,
urbis salubritate.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Epule humi capiuntur, humi quies.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Pars nudi agunt, pars tantum obscœna uclati.

GLORIA RERVM

gestarum per exempla.

Cicero in Ver. acti. prima.

Pub. Aprianius homo uirtute, fortuna, rebus gestis am-
plissimus.

Cicero pro Marullo.

E X E M P L A

*Nihil tibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus, nihil
cohors, nihil turma decerpit.*

Liuius. 3. primæ Decad.

Vir multa domi belliq; gloria fuit.

Cicero post red. suum.

*Cn. Pompeius omnium gentiũ omnium seculorũ omnis
memoriæ facîle princeps.*

Tacitus libro. 15.

Vestra gloria in integro est.

Cicero ad Atticum. 14.

Sum enim audior quàm satis est gloriæ.

Plinius ad Macrum. 3.

Orabatq; ut se ab iniuria obliuionis adsereret.

Plinius de laud. Tra.

Aliò me uocat numerosa gloria tua.

Liuius. 1. primæ Decad.

Gloria auita hortabatur.

Cicero pro M. Mar.

Cũ dicas satis naturæ uixisse uel gloriæ, at patriæ cer=

Plinius ad Falconem. 1. (te parum.

Ciues aliquos uirtutibus pares habebimus, gloria nem=

Cicero pro M. Cælio. (nem.

*Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenãdi
potius à gloria quàm incitandi fuerunt.*

Cicero pro P. Sextio.

*Quis Carthaginensium pluris fuit Hannibale, consilio
uirtute, rebus gestiss*

Salustius

C O P I A E.

Salustius in Cicero.

Qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit.

GRATIAE ET gratiosi exempla.

Cicero pro P. Quintio.

Non comparat se tecum gratia, non opibus, non facultate contendit.

Plinius ad Arrium Clemen.

Decora facies, dimissus capillus, ingens & cana barba
quæ licet fortuita & inania putentur, illi tamen plurimum uenerationis acquirunt.

Liuius. 3. quartæ Decad.

Gratiam magnam apud Annibalem initurus.

Cicero ad Atticum quinto.

Lentulum ponam tecum in gratiam.

Salustius in Iugurtha.

Neq; insidijs opprimi posse hominem tam acceptū po

Cicero pro Gn. Pom. (pularibus.

Nō ex hac urbe missum, sed de cœlo lapsum intuetur.

Liuius. 3. primæ Decad.

Sed cum eo in gratiam redisse dicebat.

Suetonius in Domit.

Clementem consularem in maiore gratia habuit.

GVLAE EXEMPLA.

Varro. 1. de re rustica.

Propter amaritudinem respuit pelatum, nisi prius eas
sale maceraris, ut libenter in eos recipiantur.

Cicero in L. Pisonem.

EXEMPLA

Ille gurgēs, atq; heluo natus abdomini suo, non laudat
atq; gloriæ.

Tranquillus in Tito.

Quod ad mediam noctem commessationes extenderit.

Varro. 3. de re Rust.

Aucs quæ pingues ueneunt care.

HABITATIONIS

elocationes.

Varro. 2. de re Rust.

In Reatinis montibus æstiuabant, nam mihi greges in
Apulia hybernabant.

Tranquillus in Augusto.

Habitabat iuxta Rhomanum forum.

Idem in Augusto.

Eodem cubiculo hyeme, & æstate mansit.

Salustius in Iugurtha.

Qua nox coegerat, sedes habebant.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Habitauit in Suburra, postea in sacra uia.

Var. 3. de re Rust.

Atq; in casis, & tugurijs habitabant.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Pars in urbibus habitabant.

Cæsar. 2. de bel. Gal.

Hunc sibi domicilio locum delegerunt.

HONORIS EXEMPLA.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Senatus

C O P I A E.

Senatus accitum in curiam in integrum restituit.

Idem in Augusto.

Multos libertorum in honore habuit.

Suetonius in Iulio Cæsare.

Rerum potens quosdam ad amplissimos honores pro

Idem in eodem.

(uexit.

Nonnullos honores ad libidinem cœpit & dedit.

Cicero pro Cn. Plan.

Qui ordo quanto adiuuēto sit in honore quis nescit?

Liuius. 4. primæ Decæ.

Honores in præmium dati.

Plautus in Captiuis.

Honestat eum honore.

Tacitus libro tertio.

Cui Rhomana ciuitas data, idq; rarum, nec nisi uirtu

Cicero pridie q̄ iret in exiliū. (tis precii.

Quem sæpenumero uestra laude cohonestastis.

Cicero pro M. Cælio.

Quem absentē in amplissimū honorē cooptauerunt.

Cæsar libro septimo.

Quem Cæsar ex humili loco ad summam dignitatem

Tacitus decimoquarto. (produxerat.

Pro palàm omnes honores in eam accumulabantur.

Cæsar libro sexto.

Qui aliquo sunt numero atq; honore.

Tacitus libro decimoquarto

Tantum opum & honorum in me accumulasti.

Salustius

EXEMPLA

Salustius in Iugurtha.

Per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia
& honores nituntur.

Salustius in eodem.

Quod apud Numidas honori ducitur.

Cicero de lege Agrar.

Vbi honos publicæ non est, ibi gloriæ cupiditas esse nõ

Plinius ad Mesi. Max. (potest.

Ita sepius digni quam gratiosi præualebant.

Cicero in Luc. Pisonem.

Obrepsisti ad honores errore hominum, commenda-
tione fumosarum imaginum.

Cæsar libro tertio.

Hi propter uirtutem apud Cæsarem in honore erant

Plinius in laude Traiani.

Illos adeo in edito colloasti.

HORAE EXEMPLA.

Cicero ad Atticum septimo.

Fuimus unà duas horas.

Salustius in Iugurtha.

Postera die circiter horam tertiam.

Cæsar libro quarto.

Hora circiter diei quarta.

HOSPITII ET HOSPITAN-

tis exempla.

Cicero pro Reg. Deiot.

(tauit.

Ille exercitum Cn. Domitij suis testis & copijs susten-

Luius

C O P I A E.

Liu. 9. primæ Decad.

Negabat illos urbe aut tectis accipiendos.

Liuus. 9. primæ Deca.

Ibi comi hospitio acceptus.

Cicero in Ver. Act. 6.

Rex ecquis est, qui senatorem populi Romani domo
ac tecto non inuitet.

Cæsar 3. de bello Ciui.

Et neutrum ab urbe, aut portis recipere.

Cicero pro Ros. Amer.

Nam cum Metellis, Seruilijs, Scipionibus erat ei non
modo hospitium, uerum etiam domesticus usus.

Salustius in Iugurt.

Alius alium domos suas inuitat.

Cæsar de bell. Ciui.

Libentissimis animis cum recipiunt.

HUMANITATIS elocutiones.

Tranquillus in Augusto.

Indos hac humanitate pellexit ad amicitiam.

Cicero pro P. Sylla.

Ita flectebat animo, atq; frangebatur.

Cicero pro P. Sylla.

In uestra mansuetudine atq; humanitate cussam tan-

Plinius ad Arrium Clemen. (tā repono.

Est enim obuius, & expositus, plenusq; humanitatis

Liuus. 8. primæ Decad.

Humanitate in fidem uenisse dicebant

Idem

EXEMPLA

Idem. 3. tertie Decad.

Mitis omnibus præter Rhomano.

Cicero pro P. Sylla.

Tam sum mitis, quàm qui lenissimus.

Suetonius in Augusto.

Animo ad otium & omnem comitatem remississimo.

Plinius de laude Traiani.

Vt benignitas tua terras omnem uberet.

Cicero pro Rosci. Ame.

Qui neq; a tate, neq; ingenio, neq; auctoritate sim cū
his, qui sedent comparandus.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Aphricanum à comitate non auersum uidisses.

Cicero in Ver. acti. tertia.

Ab hominibus, & natura, & consuetudine, & disci-
plina lenissimis.

Tacitus in uita Agric.

Nec illi aut facilitas auctoritatem, aut seueritas amo-
Plinius de laud. Traiani. (rem diminuit.

Descendis ad omnia familiaritatis officia.

Suetonius in Iulio Cesare.

Natura lenissimus.

Quintili. 5. de instit. or.

Neq; enim hoc loco meam interpono sententiam.

Cicero pro Ligario.


Nōne omnē humanitatē exuisse uidetur?


Ibidem.


Quicquid


20


8






































~~4~~
Cui videri Capti hinc verdy erit
exempto
Ostendi tute tute libitante ty
9anne tulyti 9am.

COPIAE.

Quin etiam lachrymas ijs natura, mentis indices dedit,
quæ aut erumpunt dolore, aut læticia manant.

LECTI VEL LECTI=
cæ exempla.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Lectus eburneus auro, & purpura stratus.

Idem in Augusto.

Thoro humili, & modicæ instrato cubuisse ferunt.

Tranquillus in Nerone=

Profiluit e lecto.

Suetonius in Ner.

Decubuit super lectum uetere pallio instratum.

Idem in Domit.

Vt ex strato profiliret.

Suetonius in Othone.

Pugionem puluino subdidit.

M. Var. 2. de re Rust.

His substerni oportet frondem quo melius quiescant.

Liuius s. tertie deca.

Vtrunq; in hospitium inuitat, eodem lecto accubere.

Plinius ad Suram. 3.

Cum hoc minor frater eodem lecto quiescebat.

LEGVM ELOCVTIO=
nes per exempla.

Plinius de laud. Traiani.

Fundata legibus ciuitas.

Tranquillus in Iul. Cæsar.

EXEMPLA

Lege iam in æs incisa.

Cicero in Ver. act. 6.

Neq; odio hostili, neq; licentia militari, neq; more belli,
neq; iure uictoriæ commissa sunt.

Tranquillus in Augusto.

Leges ex integro sanxit.

Cicero de reditu suo.

Cum priuati, se parietum præsidio nõ legum tuerentur

Liuius 3. primæ deæ.

Leges in æs incisas uidit.

Cicero in Ver. act. 6.

Id non modo tum scripserunt, uerum etiam in ære inci-
sum tradiderunt.

Salustius in Iugurt.

Leges, iura, iudicia, bella, atque pæces.

Cicero de lege Agrar.

Consulibus legem curiatam ferentibus à tribunis plebis
sæpe intercessum est.

LIBERALITATIS

exempla.

Salustius in Catili.

Laudis auidi, pecuniæ liberales erant.

Tranquillus in Iul. Cæsar.

Munus populo, & epulū pronūciauit in filie memoriã

Idem in Iul. Cæsar.

In equites uicena quaterna milia nummum dedit.

Suetonius in Augusto.

Effuse

COPIAE. 27

Effuse in ludo liberalis fuit.

Cicero pro Reg. Deiot.

Cui dona magnificentissima usq; ad Numantiam misit.

Cicero in Ver. act. 7.

Symphonicos sex cuidam amico suo Rhomam muneri misit.

Plinius ad Pomp. Saturninum. 1.

Annuos sumptus in alimenta ingenuorū pollicebamur

Plinius ad Caninium Ruffum 6.

Pecunia, quam municipibus nostris in epulum obtulisti.

LASCIVIAE SEV LI-

bidinis exempla.

Liuius 1. prim. e. deca.

Victrix libido obstinatum superat pudicitiam.

Suetonius in Iul. Caesar.

Pronum & sumptuosum in libidines fuisse, constans est opinio.

Cicero pro Milone.

Quem cum sorore germana stuprum fecisse dixit se comperisse.

Tacitus libro 5.

Sed e libidinibus nihil omittebat.

Cicero de reditu suo.

Cuius primum tempus etatis palam fuisset ad omneis libidines diuulgatum.

Cicero pro M. Celio.

Flagrabant vitia libidinis apud illum.

EXEMPLA

Liuius 3. tertiæ deæ.

Poenus se in uoluptates immerfit.

Liuius.

Qui in omnem libidinem uenalis habebatur.

Tacitus libro 14.

Vt est uulgi cupiens uoluptatum.

Liuius 9. tertiæ deæ.

Iuuenes in Venerem effusi.

Cicero in Ver. act. 6.

Huius libidines non solū oculis, sed etiā auribus excita-

Salustius in Iugur.

(bantur.

Quem inhonesta & pernicioſa libido tenet.

Tranquillus in Claudio.

Libidinis ī fœminas p̄fusissimæ, mariū omnino expers.

Tacitus 19.

Solutis in lasciuiam animis.

Cicero in Verrem act. 5.

Hunc in omnibus stupris, in sanorum explanationibus,
in impuris conuiujs principem adhibebat.

Cicero pro domo sua.

Heluoni spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum.

Cicero in Ver. act. 2.

In stupris nefarias eius libidines commemorare, pudore deterreor.

Cicero in Ver. act. 7.

Mulieres quibus cum iste consueuerat.

Plautus in Menech.

Immerfit

Immersit aliquò se in ganeum.

L I T E R A R V M *missarum elocutiones.*

Plautus in Bacchidibus.

Ab hinc biennium ex Epheso huc ad te literas misi.

Cicero ad Atticum. 4.

Literæ mihi Rhoma allatæ sunt.

Cicero ad Atticum. 11.

Cephalio mihi literas à te reddidit.

Idem ad Atticum. 12.

Epistolam ad Cæsarem tibi misi.

Cicero ad Atticum libro. 12.

Misi ad te epistolas ad Martianum, eas in eundem fasciculum uelim addas.

Plinius ad Pontium. 5.

In infinitū epistolam extendā, si gaudio meo indulgeā.

Cicero ad Atticum. 13.

Ego uero Quintio epistolam ad sororem misi.

Cicero ad Atticum libro. 2.

Per solui primæ epistolæ, uenio ad secundam.

Cicero ad Atticum. 14.

Adductus sum tuis unis & alteris literis.

Cicero in Catil. inuect. 3.

Nos linum incidimus, literas legimus.

Cicero ad Atticum. 7.

Epistolam quam eram elucubratus.

Cicero ad Atticum libro primo.

In illam orationē addidi quædam, ita distinebar, ut uix

EXEMPLA

tantulae epistolae tempus habuerim.

Cicero in Verrem act. 4.

Litterae de tabulis in libros transferuntur.

Cicero ad Atticum 8.

Obsignata iam epistola quam de nocte daturus eram.

Cicero ad Quint. Fr. 2.

Nihil rumoris aut literarum ex istis locis affluxit.

Plautus in Trin.

Litteras mihi ille e manibus in manus dedit.

Cicero ad Atticum 6.

Has ei litteras dedi, quibus ad eas scripsi, quas acceperam

LITIS EXEMPLA

Cato de re Rust.

Litibus familia supersedeat.

Cicero pro Gn. Plancio.

Non possum magis pedem conferre (ut aiunt) aut pro-

Cicero in Ver. act. 1.

(pius accedere,

Et in digitis suis singulas partes causae constituere.

Cicero pro Rege Deiot.

Qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit.

Cicero pro Aul. Cluen.

Debuisset Cluentium causae confidere.

Cicero pro Aul. Cluentio.

Rem in medium uocare coeperunt.

Cicero pro P. Quint.

Ea res enim in discrimen uersatur.

Caesar 3. libro.

His erat inter se de principatu contentio.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Vtanq; tamen res habet, triumpho fraudor.

Tacitus libro. 12.

Cum quis æternum discordant.

Cicero pro M. Cælio.

Cur tanto post potius, quàm continuo queri maluerit?

Plinius ad Valerianum. 5.

Dilata est caussa alio senatu.

Cicero ad Petum.

Cum eo magna academiæ nostræ rixa est.

LOCARE VEL locationis exempla.

Cicero de leg. Agra.

Vectigalia locare nusquam licet nisi in hac urbe.

Cicero pro M. Cælio.

Conduxit in palatio non magnam domum.

Cicero in Ver. act. 5.

Is ager à censoribus locari solet.

LOCORVM & situum elocationes.

Cæsar comment. primo.

Belgæ spectant in septentrionem & ortum solis.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Patet circuitu ad bis, & tricies centum millia passuum.

M. Cato de re Rust.

Ager qui in uentum Fauonium spectabit.

Cicero pro Cn. Plancio.

Mōtosa, & fidelis, et simplex, & fautrix suorū regio.

E X E M P L A

Varro. 1. de re Rust.

Campester locus qui in unam partem uergit.

Liuius. 2. primæ Decad.

Duxit uiam in leniter æditum collem.

Cæsar. 2. de Bel. Gal.

In oppidum egregie natura munitū sua omnia contule

Plinius ad Apollinarem. 5. (runt.

Lata planicies montibus cingitur, montes summa sui parte proæra nemora, & antiqua habent. Inde crebre syluæ cum monte ipso descendunt, neq; enim facile usquàm (etiã si queratur) saxum occurrit.

Cæsar. 2. de Bel. Gal.

Vna ex parte leniter accliuus aditus.

Cæsar libro. 5.

Locum nacti egregie & natura & opere munitum.

Cæsar libro. 7.

Vt non amplius digitis quatuor ex terra eminent.

Cicero de leg. Agr.

Erat enim posita in angustijs, atq; faucibus Græciæ.

Cicero de leg. Agr.

Sic, ut terra claustra locorum teneret.

Cicero de leg. Agr.

Et duo maria, cum pertenui discrimine separentur.

Salustius in Iugurt.

Erat inter planiciem mons saxeus, mediocri castello satis patens, in immensum editus, uno per angusto aditu relicto, nanq; per omnia natura uelut opere atq; con=

COPIAE.

atq; consulto præcepserat.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Oppidum in mare expositum.

Cæsar libro. 7.

Quam in longitudinem tria millia passuum patere de-

Cicero in Ver. act. 6. (monstrauimus.

Actna loco est præcelso atq; edito, quo in summo est
æquata agri planities, & aquæ perennes.

Cæsar. 2. de bel. Ciuili.

Iugum eminent in mare utraq; ex parte præruptum.

Salustius in Iugurt.

Flumen Muthul, à quo mons aberat ferme millia. 20.

passuum, tractu pari uastus, ab omni natura, & hu-
mano cultu alienatus, sed ex eo medio quasi collis
oriebatur in immensum pertingens, uestitus oleastro
ac myrtis, alijsq; generibus arborum, quæ humo
arida, atq; arenosa gignuntur.

Plinius ad Rhomanum. 9.

Modicus collis assurgit antiqua cupressu nemorosus &

Liuius. 7. quartæ Decad. (opacus.

Viginti millia passuum in circuitu patens.

Idem. 7. quartæ Decad.

Emissus in mare collis.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Reliqua extendit in latius.

Idem in eodem.

Sinus molliter inflexus.

E X E M P L A

Idem in eodem.

In id littus labitur.

Salustius in Iugurt.

Locum paulo editiorem quàm alij cœpere.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Cogit ac rotundat se, terrisq; adnexus apparet.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Regio in latum patens, ac inter pontum, paludemq; ad
Bosphorum excurrit.

Liuius in eodem.

Ipsè Tanais à Ripheo monte deiectus.

Liuius in eodem.

Qua Tuscus ager Rhomano adiacet.

Liuius. 2. primæ Decad.

Mons incisis undiq; rupibus præcepis.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Panditur tanquã vasti maris planicies, quam oculis ter-
minare nequeas.

Liuius. 3. quartæ Decad.

Sed urbe portus ipse cingitur.

Cicero in Ver. act. 7.

Rhenus multis capitibus in Oceanum influat.

Cæsar libro. 14.

Proxime Hispaniam Mauri sunt.

Plinius ad Apollinarẽ libro. 5.

Magna sui parte meridiem spectat, areola quæ quatuor
platanis inumbratur, cubiculum tepidissimum, quia
plurimo

C O P I A E.

plurimo sole perfunditur, statimq; in trantium oculis offertur, nam uicę plurimę intercedentibus buxis diuiduntur, alibi buxus interuenit, in formas mille descripta. Contra fons egerit aquã, & recipit, nam expulsa in altum in se cadit: nam letissima uitis per omne tectum in culmen nititur & ascendit, non secus ibi quàm in nemore iaccas.

LOCI AD LOCVM MVTA-

tio per exempla.

Suetonius in Iulio Cæsare.

A Rhodo in Asiam transit.

Cicero pro Lu. Flacco.

Flaccus sanxit edicto, ne aurum ex Asia exportari li-

Cicero pro Milone. (eret.

Arma in uillam Otriculanam deuecta Tyberi.

Tranquillus in Domit.

Virtutes in uicia deflexit.

Salustius in Iugurtha.

Placet ne legatos Iugurthę mœnibus recipi patiatur.

Cicero pro Lu. Flacco.

Athenagoras ille Cynicus cęsus est uirgis, qui in fame frumentum exportare erat ausus.

Liuius. 5. tertię Decad.

Consules ut auerterent Capua Annibalem.

Liuius. 3. primę Decad.

Locum, ex quo excesserant, repetunt.

Cicero in Ver. actio. 6.

Carthagi

E X E M P L A

Carthaginem sunt ex illo loco deportata.

Cæsar libro tertio.

Cornelius Corcyra, Dirrachioq; aquam suis suppor-

Cæsar Comment. 1. (tabat.

Fruentum quod flumine Arare subuexerat.

Cato de re rusti.

Vti de scrobe aqua in sulcos defluit.

Cicero pro Luc. Flacco.

Sed nescio quo pacto de manibus elabatur.

Liuius. 4. primæ Decad.

Scio uos æssisse possessione.

Liuius. 1. primæ Decad.

Res Albana in Rhomanum imperium æssit.

Tranquillus in Iulio Cæsare.

Optima quæq; & necessaria in paucos libros conferre

Quinti. 1. de insti. ora. (iussit.

Cum uero antiquitus usq; à Chirone, atq; Achille us-
que ad nostra tempora.

Cicero ad Quint. Fratrem.

Quos libros Aphricanus de manibus ponere non so-

Cæsar libro quarto. (lebat.

Ibi breuissimus in Britanniam traiectus.

Quinti. lib. 4. de insti. ora.

Breuis erit narratio ante omnia si inde cœperimus
rem exponere, unde ad iudicem pertinet.

Terentius in Adelphis.

Cum prima luce ibo hinc, imò de nocte censeo.

Magistra

C O P I A E.

MAGISTRATVVM elocationes.

Salustius in Iugurtha.

Deinde ab eo magistratu, aliū post alium sibi peperit.

Cicero in Ver. actio. 7.

In ea prouincia, quam tu cum imperio tenebas.

Cicero de lege Agr.

Etenim cum omnes potestates, imperia, curaciones ab
uniuerso populo Rhomano proficisci conuenit.

Tranquillus.

Maiore fauore et authoritate adeptus est, quàm gessit

Cicero in Ver. acti. 5. (imperium.

Reperietis quinquies tanto amplius istū ciuitatibus im

Suetonius in Augusto. (perasse.

Prouincia præfuit non minore iusticia, quàm fortitudine.

Suetonius in Iulio Cæsare.

Magistratus in plures annos ordinauit.

Cicero pro reditu suo.

Non consules, sed mercatores prouinciarum.

Tranquillus in Claudio.

Iurisdictionē per prouincias potestatibus demādauit.

Suetonius in Iulio Cæsare.

Donec ambo administratione reip. summouerentur.

Liuius. 3. primæ Decad.

Nihilo melius militiæ quàm domi res administrata.

Liuius. 3. primæ Decad.

Fundatoq; plebis statu.

Tacitus libro duodecimo.

Sæpenu

E X E M P L A.

Sæpenumero, Patres cōscripti, in hoc ordine interfui

Quinti. 3. de insti. ora.

Regemq; ad quem mandata acceperant, trucidarint.

Liuius. 5. secunde Decad.

Designati Cos. Rhomā acerfisi magistratū inierunt.

Salustius in Iugurtha.

Magistratum ingressus.

Cicero lib. 10. epistolarum.

Consulare munus sustinebas.

M A R I S E X E M P L A.

Salustius in Iugurtha.

Nam freto diuisi ab Hispania.

Tranquillus in Augusto.

Piscis è mari exiluit, & ad pedes iacuit.

Tacitus libro quinto.

Pulsoq; introrsus freto, breuia littorum nudantur.

Cicero pro L. Flacco.

Omneis sinus, promontoria, littora, insulas, urbes maritimas claustris imperij nostri contineri.

Idem pro eodem.

Nihil tam capax fortuitorum quàm mare.

Suetonius in Nerone.

Amisfis naufragio rebus.

Varro. 3. de re rustica.

Cum ex Italia trans mare remeant.

Salustius in Iugurtha.

Nam ubi mare uentis seuire cœpit.

Tranquillus

C O P I A E.

Tranquillus in Domi.

Ossa & reliquias mari merfit.

MEMORIAE EXEMPLA.

Cæsar comment. 1.

Quas res memoria teneo.

Cicero pro Rege Deiot.

Repete illius t̄pis memoriã, & pone ante oculos illum

Salustius in Catilina.

(diem.

Sed ego quæ animo atq; mente agtaui, omnes iam à
me diuersi audiuitis.

Cicero in Vatin. testem.

Memoria teneo, memoriter respondeto.

Plautus in Captiuis.

Red eo in memoriam, & regredior.

Plautus in Bacchid.

Vnum in mente est mihi.

Cicero pro L. Flaco.

Vt de armis, de copijs meminertis.

Cicero pridie q̄ iret in exil.

Nihil ponam de rebus meis gestis: tamen in animis, &
memoria uestra largiter relinquam.

Cicero ad Attiam s.

Quid in utrãq; partem mihi in mentem ueniat, breui

Liuius 9. tertie Decad.

(explicabo

Annibal de memoria exciderat.

Cicero in Ver. act. 6.

Non possum omnia istius facta memoria consequi.

Cicero

EXEMPLA

Cicero pro L. Murena.

Vt Scavrus memoriam prope intermortuã generis sui
Liuuius. 7. quartæ Dea. (renouaret.

Que in eternam memoriam sacrata sunt.

Plautus in Trin.

Erat modo in labris primoribus, sed deuorauit nomen.

Plautus in Menech.

Nam ex hac familia me planè excidisse intelligo.

MENSIS EXEMPLA.

Varro. 2. de re rustica.

Constare oportet agnum nõ minorẽ quinq; mensium.

Tranquillus in Vitellio.

Quare uixdum mense transacto.

MERCATURAE EXEMPLA.

Cæsar. 2. de bello Gallico.

Nullum aditum esse ad eos mercatoribus.

Cicero de lege Agra.

Mercatura quæstiuosa.

Plautus in Rudente.

Nauibus magnis mercaturam faciam.

M. Cicero

Dat de lucro, nihil detrahit de uino.

MERETRICIS EXEMPLA.

Plautus in Amphi.

Vsuram cœpit eius corporis.

Idem in Amphi.

Extra te nemo corpus corpore contigit.

Tacitus

COPIAE.

Tacitus 13.

Huic mulieri cuncta alia honesta fuere præter animū.

Liuius 7. quartæ decæ.

Fœminis solenne est stupris patere.

Plautus in Amphyt.

Mulier utrinq; est grauida.

MISERIAE EXEMPLA

Tranquillus in Augusto.

Seruis manumissis, & ad remum datis.

Cicero pro P. Sylla.

Quàm cito omnia illa ex letitia, & uoluptate ad luctū,
& lachrymas reciderunt.

Tacitus. 3.

Per quadraginta annos, non cultu nisi lugubri, non ani-
mo nisi mœsto egit.

Plinius ad Marcellinum 9.

Tot spes, tot gaudia dies unus in aduersa conuertit.

Cicero pro P. Sylla.

Omnia honoris, nominis insignia atq; ornamenta unius
iudicij calamitate occiderunt.

Plautus in Pseudolo.

Miserum misero te cerno.

Salustius in Iugur.

In tanta mala præcipitatus ex patrio regno, rerum hu-
manarum spectaculum præbeo.

Salustius in Iugur.

Expertus sum parum fidei miseris esse.

L

Modestie

EXEMPLA

MODESTIAE EXEMPLA

Tranquillus in Augusto.

Vini natura parcissimus.

Cicero pro M. Cælio.

Ut quantum à turpitudine abes, tantum te à uerborum
libertate seiungas.

Tacitus libro 14.

Vix artibus honestis pudor retinetur, nedum inter arta
mina uitiorum pudicitia, aut modestia.

Plinius de lau. Traiani.

Cum arcus, cum trophea, cum statuas deprecaris, tri-
buenda est uerecundie tue uenia.

Quint. 1. de insti. or.

Huic opinioni neq; omnino accedo, neq; planè dissentio

Tacitus libro 20.

Quo plebs modestiæ admoneretur.

MORBI ELOCUTIONES.

Suetonius in Augusto.

Correptus ualetudine, lectica cubans.

Plautus in Captiuis.

A morbo ualui, ab animo eger fui.

Cato de re Rust.

Sabiem pecori, et iumentis caueo.

Cicero ad Atticum 7.

Inualetudo tua me ualde conturbat.

Cicero pro Aul. Cluën.

Erat illo tempore infirma ualetudine *Habitus.*

Linus

COPIAE.

Livius 7. primæ deæ.

Vis morbi humanis consilijs non leuatur.

Livius 2. tertiæ deæ.

Annibal æger oculis ex uerna intemperie,

Cicero ad Atticum 12.

De Atticæ febricula ualde dolui.

Tranquillus in Tibe.

In grauiorem recidit morbum.

Tacitus libro 14.

Nero æger ualetudine.

Plautus in Mercat.

Podagrosis est ille pedibus.

Livius 8. tertiæ deæ.

Vis morbi in meum corpus inuasit.

Cæsar de Bel. Ciuili.

Massilienses graui pestilentia conflictati.

Suetonius in Caligula.

Incidit in aduersum ualetudinem.

M. Varro 2. de re Rust.

Sive ex æstu, sive ex labore febrem habet.

Cicero pro C. Rabirio.

Quintus Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus, hastili nixus.

Tranquillus in Galba.

Cum subita ei nec adeo grauis ualetudo incidisset.

M. Cato. de re Rust.

Cum uenirent omnes, ubi sufflatæ sunt ex cibo non possunt

EXEMPLA

Perspirare in toto corpore, inde aliqui morbi nascuntur.

Cicero de reditu suo.

Qui è graui morbo recreati sunt, qui nunquam egro corpore fuerunt.

Plinius ad Septimum 9.

Stetit sanguis, resedit dolor, nos solliciti medici diligētis

Cicero libro 3. de orato.

Cum feбри domum redijt.

Idem libro 9. episto.

Cœpit laborare ex pedibus.

Plautus in Asina.

Morbus inuasit grauis.

MORTIS VIOLENTAE

elocationes.

Tranquillus in Iul. Cæsar.

Intercepisse ueneno iudicem creditur.

Tacitus libro 17.

Cæsa tamen ad quatuor milia hominum.

Salustius in Iugur.

Iuxta boni, maliq; strenui, & imbelles multi obtrun-
cati sunt.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Percussorum neq; triennio quisquam superuixit.

Cicero pro Milone.

Ridit triduo illum, ad summum quadriduo periturū.

Salustius in Catilina.

Carthago æmula imperij nostri à stirpe interiit.

Cicero

COPIAE.

Cicero pro P. Sylla.

Lucis ne hanc usuram eripere uis.

Cicero pro Aul. Cluentio.

Venenum potuit in uenas, atq; omneis corporis partes permanare.

Tacitus libro 5.

Vitam aegritudine animi finiuit.

Salustius in Catilina.

Egregius adolescens immoderate fortitudinis morte poenas dedit.

Liuius 3. tertie deca.

Caput praecisum templo intulerunt.

Tacitus libro 5.

Lucius Piso fato obiit.

Liuius 3. tertie deca.

Romanorum minus mille interfecti sunt.

Salustius in Iugur.

Quando tibi immaturo, & unde minime deuit uita erepta est.

Suetonius in Ner.

Nobilissimo cuiq; exitium destinauit.

Tacitus libro 16.

Intercisis uenis mortem appropereat.

Liuius 5. tertie deca.

Haud procul defuit quin interficeretur, socij nostri atq; amici fame necati.

Tacitus in Agric.

E X E M P L A

Cæsa hostium ad decem millia.

MORTIS NATURALIS exempla.

Tacitus libro. 1.

Obijt Nola, in domo, & cubiculo quo pater Octavius.

Cicero pro M. Marc.

Et naturam ipsam expleueris satietate uiuendi.

Cicero pro Aul. Cluentio.

Nec diutius uixit quàm locuta est.

Tacitus libro. 5.

Sabinus uita concessit, modicus originis.

Salustius in Iugurt.

Manastabile, & Gulussa fratribus morbo absumptis.

Tranquillus in Ner.

Sine uocæ, & propè intermortuus iacuit.

Tacitus libro. 5.

Macro creditus est mortalitatem expleuisse.

Suetonius in Vesp.

Dicim obijt, superstibus Polla uxore & duobus ex ea

Plinius ad Tacitum.

(liberis.

Habitus corporis quiescenti quàm defuncto similior.

Cicero pro P. Sextio.

Mihi ipsi fuit mors æquo animo oppetenda.

Cæsar libro. 3.

Vim morbi Bibulus sustinere non potuit.

Cicero in Verrem act. 7.

(tes.

Sed mortis celeritatē precio redimere cogebātur paren-

NATI SVMMO loco exempla.

Corne.

C O P I A E.

Corne. Tacitus. 14.

Ego prouinciali loco ortus proceribus annumeror.

Cicero pro P. Sextio.

Parente Publius Sextius natus est homine & sapiente,
& sancto, & seuro.

Liuius. 2. primæ Decad.

Adolescentes nec tenui loco orti.

Cicero in Verrem act. 7.

Adest Philargus in amplissima ciuitate amplissimo loco

Plinius ad Rhoanum. 6. (natus.

Nam foemina splendide nata.

Plautus in Aulularia.

Adolescens de summo loco.

NATI HUMILI loco exempla.

Liuius. 6. tertie Decad.

Homo loco obscuro, tenuiq; ortus fortuna.

Cicero pro Aulo Cluentio.

Si quis ignobili loco natus.

Cicero pro L. Flacco.

Timolites ille uicanus, homo nõ modo uobis, sed ne in-
ter suos quidem notus.

Tacitus libro. 17.

Tigillimus obscuris parētibus, foeda pueritia, impudica

Tranquillus in Tito. (senecta.

Natus prope Septizonium sordibus ædibus, cubiculo
perparuo & obscuro.

Salustius in Cicero.

L 1

Splendor

EXEMPLA

Splendor domesticus tibi animos attollit.

NATURAE EXEMPLA:

Cicero pro P. Sylla.

Tamen hoc est natura insitum.

Cicero pro Aul. Cluen.

In ipsa natura positum, ac fixum est.

Liuius. 3. primæ Decad.

Nouum ingenium sibi induerat.

Plautus in Merc.

Te bona & frugi natura arbitror.

Cicero pro Rosc. Amer.

Etenim Quirites exiguum nobis uitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriae.

NAVIS discedentis, elocutiones.

Cæsar de Bel. Ciuili.

Pompeius sub noctem nauem soluit.

Cæsar. 2. de Bel. Ciuili.

Temporis puncto sublatis anchoris.

Liuius. 1. quartæ Decad.

Cum ab Corintho soluerent naues.

Liuius. 9. tertię Decad.

Vento secundo è conspectu terræ ablatis.

Cæsar libro. 3.

Nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia se re uigilia soluit.

Cæsar libro. 4.

Naues ex superiori portu leni uento soluerunt.

Cicero

60
COPIAE.

Cicero in Verrem act. 7.

Malum erigi, & præcidi anchoras imperavit.

Plautus in Bacchid.

Interea navis portu soluitur.

Liuius. 7. quartæ Decad.

E portu in altum euectus.

Cicero in Ver. act. 7.

Euolarat iam e conspectu quadriremis.

NAVIS ONERARIAE exempla.

Cicero in Ver. act. 3.

Signa antiquissima in onerariâ nauem suam cõiicienda

Plautus in Bacchidibus. (curauit.)

Navis mercatoria, & in nauem conscendimus.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Naues onerariæ suburra grauata.

Cæsar libro. 3.

Faucibusq; portus nauē onerariâ summersam obiecit.

Liuius. 9. tertie Decad.

Nouos milites in naues imposuit.

Cicero in Verrem.

Nox illa tota exinanienda naui consumitur.

NAVIS AD anchoram stantis exempla.

Cæsar comment. primo.

Qui nauiculam deligatam ad ripã nactus, ea profugit.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Nauem in anchora percussit.

Cæsar libro. 4.

L & Nostros

E X E M P L A

Nostros nauibus egredi prohibebant.

Cæsar libro. 4.

Quæ ad anchoras erant deligatæ.

Cicero ad Atticum. 14.

Accepi literas tuas egressus è nauì.

Liuius. 5. tertie Decad.

Classis ad anchorã stare nõ poterat, quæ littori appulsa

Liuius. 6. quartæ Decad.

(est.

Vela contrahit, malosq; inclinat.

NAVIS PRAELIANTIS exempla.

Cæsar. 3. de Bel. Ciuili.

Omni ora maritima classẽ disposuerat.

Cæsar. 3. de Bel. Ciui.

Omnibus nauibus ad unam incolumibus.

Cæsar libro. 3.

Nauẽ ex robore ad quãuis uim, & contumeliã per se

Liuius. 4. tertie Decad.

(rendam.

Classis legionem Panormi exposuit.

Liuius. 9. tertie Decad.

Classis prædatoria, nauis speculatoria.

Liuius. 9. tertie Decad.

Tria millia militum in eam classẽ conscripserunt.

Cæsar. 2. de Bel. Ciui.

Nauẽ celeriter pugna excesserant.

Liuius. 6. quartæ Decad.

Classes undequaq; concurrerunt.

Cicero pro Cn. Pomp.

Quorum

C O P I A E.

Quorum usq; ad nostram memoriam disciplina nau-
ualis, & gloria remansit.

NAVIS AD PORTVM euntis exempla.

Salustius in Iugur.

Deinde breui Vticam pulsî.

Cicero in Ver. act. 7.

Appellitur nauis Siracusas.

Cicero de reditu suo.

Cum parua nauicula traiectus in Aphricam.

Liuius 1. tertie Decad.

Ratem à terra in annem porrexere, huic altera copu

Cæsar libro 3. (lata est.

Ad eum locum, qui appellatur Pharsalia, milites ex-

Liuius 3. tertie Decad. (posuit,

Ad Iunonis templum in terram egressi sunt.

Tacitus lib. 3.

Agrippina Corcyram insulam aduehitur.

Tranquillus in Tito.

Cum Putolos oneraria naue appulisset.

Liuius 9. tertie Decad.

Mercatoribus naues ad littora appellenibus.

Liuius 9. tertie Decad.

Classem in portum appulere.

Liuius 3. quartæ Decad.

Remulco naues trahebant.

Cicero in Ver. act. 7.

Hæc Ceturupina nauis erat incredibili celeritate uelis

Liuius

EXEMPLA

Liuius. 7. quartæ Decad.

In Erythream classẽ applicuerunt.

Cæsar libro. 3.

Summersamq; nauem remulco abduxit.

NOBILITATIS *exempla.*

Cicero pro domo sua.

Homo existimatione, nobilitate facile princeps.

Cicero pro Aul. Cluen.

Defleui subitas fundatissimæ familiæ ruinas.

Cicero in Ver. act. 4.

Heraclius homo in primis domi suæ nobilis.

Cicero de leg. Agr.

Nulli me uobis authores generis mei commendarunt.

Tacitus libro. 17.

Piso Marco Crasso ex Scribonia genitus, utrinq; nobi-

Salustius in Ciceronem. (lis.)

Quasi unus reliquus ex familia uiri clarissimi Scipio-
nis Africani, ac non repetitus, accitus ac paulo an-
te insitus huic urbi.

Cæsar. 2. de Bel. Gal.

Lotius Rhemus summa nobilitate & gratia inter suos.

Cicero pro Rosc. Amer.

Cum genere, & nobilitate, & pecunia, non modo sui
municipij, uerum etiam eius uicinitatis facile pri-
mus, tum gratia, atq; hospitij florens hominum no-
bilissimorum.

Cicero pro. L. Murena.

Sed ex

C O P I A E.

Sed ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ.

N I V I S E X E M P L A E T A Q V A E.

Liuius. 1. tertiæ Decad.

Nix raro minus quatuor pedes alta iacuit.

Liuius. 1. tertiæ Decad.

Aiebat in Piceno lapidibus pluuisse.

N O C T I S E L O C U T I O N E S.

Cæsar. 2. de bello Gallico.

Nocte ad Neruios perucenerunt.

Liuius. 9. primæ Decad.

Nocte ab utroq; in castra reditum.

Cæsar libro septimo.

Prospectu tenebris adempto.

Plautus in Mustel.

A mane ad noctem usq; in foro expectat.

Salustius in Iugurtha.

Intēpesta nocte de improviso Auli castra circūuenit.

Cæsar libro tertio.

Et de media nocte cohortes sexaginta ad eam partemmunitionum ducit.

Cicero ad Quint. Fratrem.

Multa nocte cum Vibullio ueni ad Pompeium.

Salustius in Iugurtha.

Sed ubi plerunq; noctis processerat.

Salustius in Iugurtha.

Cælum obscurum nubibus, atq; nocte, periculū anceps

Cæsar

EXEMPLA

Cæsar libro 7.

Paulo ante mediam noctem silentio ex oppido egressi.

Suetonius in Augu.

Ad multam noctem permansit.

NUNTII ELOCUTIONES.

Liuius 4. primæ Decad.

Quod ubi Rhomam nuntiatum est.

Liuius 2. primæ Decad.

Eo nuntio erecti patres.

Cæsar de bel. Ciuili.

Quibus rebus Rhomam nuntiatis.

Suetonius in Nerone.

Vrgentibus alijs super alios nuntijs, Rhomam redijt.

Cicero in Verrem act. 4.

Res ab omni cõuentu cognita celeriter domũ nũtiatur

Cæsar libro 7.

His rebus in Italiam Cæsari nuntiatis.

Cæsar commenta. 1.

Vt sibi conciliũ totius Gallie in diẽ certam indicerent.

NVTRIENDI EXEMPLA.

Cato de re Rust.

Si non habet lac, subiiciat sub alterius mammam.

Varro 2. de re Rust.

Cæsei cum molles sunt, magis alibiles.

Plinius de lau. Traiani.

Vt pueri crescerent de tuo.

○

○ uocalis

C O P I A E.

O uocalis littera uarie ponitur: uocandi sic, Virgilius
in primo Aenei.

O regina, nouam cui cond. Iup. urbem.

Indignantis aliquando, ut Tulli. in Catilin. O tempo-
ra, ô mores.

Quandoq; optati aduentus, ut Virgilius, Adsis ô pla-
cidusq; ueni.

O dolentis interdum, ut M. Cicero, O me miserum &
infelicem.

Nonnunq; exultantis, ut Virgilius,

O mihi sola mei sis Astyanactis imago.

O etiam aliter ponitur apud doctissimos.

Sed nos interea ad elocutiones redeamus.

OBSTINATI EXEMPLA.

Liuius 1. tertiæ Decad.

Fixum, destinatum in animo est.

Liuius 3. tertiæ Decad.

Obstinauerant animis uincere.

Liuius. 5. tertiæ Decad.

Assuetudine mali efferauerat animos.

OCVLORVM EXEMPLA.

Liuius 1. primæ Decad.

Terret oculos, qui quocunq; inciderint.

Cicero pro Milone.

Oculorum coniectum præbuerunt.

Cicero pro Cn. Plancio.

Abi hinc, ab oculis.

Plautus

EXEMPLA

Plautus in *Casina*.

Sepe in his rixis, oculorum & uitæ periculum adiit.

Suetonius in *Nerone*.

Excludito mihi oculo, si dedero.

Plautus in *Pseudolo*.

Filium habuit altero captum oculo.

Tranquillus in *Vitellio*.

Obuersabatur oculis ille uir.

Plinius ad *Gallum* quarto.

Tanta grauitas in oculo, tanta contractio.

Cicero pro *P. Sextio*.

Frontis, ut illo supercilio niti respublica, tanquam

Atlantis humeris cœlum uideretur.

Plautus in *Pseudolo*.

Oculos in oculis tuis meos semper habeo.

Cicero in *Catilina*.

Notat ac designat oculis ad cædem unumquenq; no-

Plautus.

(strum.

Semper oculatæ nostræ sunt manus, credūt qd' uidēt.

ODII EXEMPLA.

Cicero pro *Cn. Pompeio*.

Quanto in odio sumus apud exteras nationes.

Suetonius in *Claudio*.

Quem auia pro despectissimo semper habuit.

Cicero pro *Qu. Ligario*.

Isti mores usq; ad sanguinem incitare solent odia.

Tacitus in *uita Agri*.

Sed in

COPIAE.

Sed infensus Domitianus uirtutibus & gloria uiri.

ONERIS EXEMPLA

Plautus in Bacchid.

In te hoc onus omne impono.

Cicero in Verrem act. 6.

Imponebat aliquanto amplius quam ferre possent.

Liuius 5. quartæ deæ.

Onerat me spe præmiorum.

Salustius in Iugur.

Qui mihi summum honorẽ, & maximũ laborẽ imposu-

Varro 2. de re Rust.

(istis.

Qui onera extollere in iumenta possint.

ORATORIS ELOCUTIONES

Cicero pro Archia poëta.

Quæso à uobis, ut in hac causa mihi detis hanc ueniam

Cicero de reditu suo.

*Quod precatus à Ioue optimo maximo, cæterisq; dijs
immortalibus sum.*

Cicero pro M. Celio.

*Sed quoniam emerfisse iam è uadis, & scopulos præ-
teruecta uidetur oratio mea.*

Plautus in mil. glor.

Rex me opere orauit maximo.

Liuius 9. tertie deæ.

Frequenti foro, frequenti prætorio celebravit.

Suetonius in Nerone.

Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse.

M

Salustius

EXEMPLA

- Salustius in Iugur.
Tamen placuit uerba ad regem facere.
Cicero pro Cn. Pomp.
Quoniam is est exorsus orationis nostræ.
Cicero ad Atticum 13.
Illud enim accipio in bonam partem.
Cicero de leg. Agr.
Id potestis cum animis uestris cogitare.
Cicero pro P. Sextio.
Tamen aggrediar ad dicendum.
Tranquillus in Augusto.
Ad populum concionatus est.
Cicero pro Archia.
Ea iudices, à uobis spero in bonam partē esse accepta.
Cicero pro Corne. Balbo.
Audebo etiam hoc contendere.
Cicero pro M. Mar.
Sed ut unde est orsa in eodem oratio mea terminetur.
Tacitus libro 5.
Ne nunc incepto longius abeam.
Liuuius 1. quartæ deca,
Sed unde cœpit mea oratio, ibi desinet.
Quint. 9. de inst. or.
Cū simulamus querere nos unde incipiendum, ubi de-
Cicero pro L. Murena. (sinendum).
Ut ea res mihi plebiq; R. romanæ bene atque feliciter
eueniret.

Varro

COPIAE.

Varro 2. de re Rust.

Cum conuertissent in eum ora omnes.

Cicero in Verrem act. 5.

Summam, et numerum iniuriarū non possum exponere.

Cicero pro P. Sextio.

Facit enim iudices uester iste in me animorum oculorum
q̄; contutus, ut mihi iam licere putem remissione uti ge-
nere dicendi.

Cicero pro P. Sextio.

Nō sum tā ignarus caussarū, nō tam insolens in dicendo

Cicero pro Aul. Cæcina.

Vt in pauca conferam.

M. Cicero pro Pub. Sextio.

Hæc omnis oratio est mihi cum his, qui se patriæ, qui
suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno & con-
uiujs, & delectationi natos arbitrantur.

Cicero in Verrem act. 5.

Hæc uobis proponite iudias audire.

Cicero pro Milone.

Non enim corona cōfessus uester cinctus est, ut solebat

Cicero pro Cn. Plancio.

Nunc autem uester conspectus, confessusq̄; recreat men-
tem meam.

Cicero pro P. Sylla.

Adeste animis, erigite mentes auresq̄; uestras.

Cicero pro Aul. Cluen.

Sed si quis mihi Deus uestram ad me audiendū beneuo-

EXEMPLA

lentiam conciliarit, aggrediar crimen.

Cicero in Catil. inuest. 2

In quo exultat, & triumphat oratio mea.

Cicero ad Brutum.

Sed non tanta de re propositum est, hoc loco disputare.

Cicero in Verrem act. 7.

*Vt si non modo uires, uerum etiam mihi uita deficiat,
id mihi præclarum & iucundum putem.*

Plinius ad Paulinum libro 5.

Nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter.

Cicero in dialogo de amicitia.

Influit in aures multitudinis oratio.

OSCVLORVM EXEMPLA

Cicero pro M. Cælio.

Sed etiam complexu, osculatione meretrix.

Tacitus libro 12.

In amplexus eius effusus.

Tranquillus in Othone.

Qui osculo exceptus.

PACIS ELOCVTIONES.

Cæsar 2. de Bel. Gal.

Legatos ad Cæsarem de pace miserunt.

Cicero ad Atticum 3.

Et quæ spes pacificationis sit.

Liuius 7. quartæ decæ.

Vt pacem terra mariq; habeat.

Cæsar libro 5.

Legatos

COPIA E.

Legatos de ditione ad Cæsarem mittit.

Tacitus libro 3.

Quietæ ad id tempus res in Germania fuerant.

Salustius in Iugur.

In maximam spem adductus recuperandæ pacis.

PAUPER TATIS EXEMPLA

Salustius in Catil.

Quibus libido atque luxuria, ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

Cicero ad Atticum 7.

Itaq; careo egre.

Cicero ad Atticum 9.

Ea omnia iacere puto, propter numorum charitatem.

Suetonius in Tiberio,

Difficultas tanta erat numaria. 5.

Cicero in Ver. act.

Impositis ita magnis decumis, ut ipsis nihil reliqui fieret

Cicero pro P. Quint.

Vt cum ueritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam, quàm illius opes ad crudelitatem.

Plautus in Asinaria.

Redigam ad egestatis terminos.

PARSIMONIAE EXEMPLA

Plautus in Mustel.

Parsimonia, & duritia discipline alijs eram.

Varro 3. de re Rust.

Quos frugalitas antiqua ad cœlum euexit.

EXEMPLA

Salustius in Iugur.

Cibus illis aduersus famē, atq; sitim, nō libidini atq; lu-

Plautus in Aulula.

(xuriæ erat

Fecit uerba ad parsimoniam.

Cicero in Paradoxis.

Magnum uectigal parsimonia.

Cicero pro Cælio.

Parsimoniam patrum sustentat.

PATRIS PATRIAEque exempla.

Liuius 1. primæ deca.

Nec locus est filio in ullam sortem bonorum nato.

Cicero de reditu suo.

A parentibus paruus sum percreatus, à uobis natus con-

Cicero pro Rab. posth

(sularis.

Fuit enim pueris nobis huius pater Curius.

Cicero pridie q̄ iret in exilium.

*Si enim à principio fui animatus ut non magis me mea
caussa putarem esse natum q̄ Reip. procreatum.*

PECVNIAE ELOCUTIONES.

Liuius 1. primæ deca.

Quam summam pecunie prius dederat.

Tranquillus in Augusto.

Numum argenteum nota syderis Capricorni notauit.

Plautus in A sinaria.

Si duo mihi talenta dantur numerata in manum.

Cicero pro leg. Agr.

Quis nã tã abstrusus nummus, quẽ nō architecti olfecerit

Liuius

COPIAE.

Liuius. 5. primæ Decad.

Pecunia ex arario prompta.

Cicero ad Atticum. 11.

Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.

Plautus in Mustel.

Attulit talenta præsentaria.

Cicero in Ver. act. 3.

Tibi pecuniam esse numeratam dico.

Plautus in Epidico.

Accipe argentum, si quid erit dubium immutabo.

Cæsar libro. 3.

Pecunia ad necessarios sumptus irrogata.

Cicero in Verrem.

Lucius Flavius, qui tibi eam pecuniam numerauit.

Cicero ad Atticum libro. 2.

Pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui.

PIETATIS EXEMPLA.

Quintili. in Gemin. lang.

Sunt qui ad omnium sanguinẽ palleſcant, ſunt contra,
qui ne ſuorum quidem miſereantur.

Cicero in Verrem. act. 7.

Matres nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum
ſpiritum excipere ſibi liceret.

Quint. in Mago.

Oſculis miſera mater quancunq; corporis partem tepeſe

POTENTIAE EXEMPLA. (erat.

Cicero pro Aulo Cluentio,

M 4

Neq; enim

EXEMPLA

Necq; enim dubito, quin ij tales uiri repente de statu suo declinarent.

Cæsar Comment. primo.

Necis uitaq; in suos habet potestatem.

Cicero pro Corne. Balbo.

Cum præpotens terra mariq; Carthago.

Cæsar Comment. primo.

Cum de potentatu multos annos inter se contenderent.

PERICULI EXEMPLA.

Cicero pro Cn. Pomp.

Salus sociorū summū in periculū & discriminē uocatur.

Cicero pro P. Sylla.

Non sum nescius quanto in periculo uiuam.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Recidit rursus in discrimen.

Cicero ad Quint. Fra.

Si cris ab isto periculo uacuis.

Cicero in Pisonem.

Omnia illa esse nobis uacua ab omni periculo.

PRAEMII EXEMPLA.

Plautus in Mustel.

Nec quicquàm argenti locui unquàm æque bene.

Cicero ad Atticum primo.

Me opipare muneratus est.

PRODIGALITATIS EXEMPLA.

Cicero in Catil. inuect. 2.

Patrimonia sua profuderūt, fortunas suas obligauerūt,

COPIAE.

res eos iam pridem, fides nuper deficere coepit.

Tacitus libro. 19.

Largus promissis,

Tranquillus in Domit.

Exhaustus operum, & numerorum impensis.

Tacitus libro. 5.

Prodigientia opum, & mollicia uitæ Ceminus Sciano

Suetonius in Nerone.

(amicus.

Quoniam breui spacio relictas opes prodegresset.

Suetonius in Ner.

Fructum diuitiarum profusionem putabat.

Cicero pro P. Quin.

Quis tam perditus ac profusus nepos nõ adesa iam pecunia, sed abundanti etiam sic desolutus fuisset?

Liuius. 7. quartæ Decad.

Num id aurum in ludos consumis in urbe Rhomana.

PRUDENTIAE EXEMPLA.

Tacitus in uita Agric.

Animorum prouinciæ prudens.

Tacitus in uita Agric.

Eruditus utilia honestis miscere.

Quint. 1. de insti. or.

Nec sum adeo ætatum imprudens.

Cicero ad Quint. Fratrem.

Nec enim prudentia tua cuiusquã præcepta desiderat.

PUBLICE QUID AGI per exempla.

Cicero in Ver. act. 1.

E X E M P L A

Cuncti ad me publicæ sæpe uenerunt.

Cicero in Verrem, act. 7.

Nunquam frumentum publicæ est emptum.

PVDORIS EXEMPLA.

Liuius. 1. primæ Decad.

In eam uerecundiam adducti sum.

Tacitus libro. 4.

Palam cõpositus pudor, intus summa adipiscẽdi libido.

Liuius. 7. primæ Decad.

Victus uerecundia, dictatura abiit.

PVNITIONIS ELOCVTIONES.

Liuius. 10. primæ Decad.

Matronas stupri damnatas pecunia mulctauit.

Tranquillus in Vitellio.

Non multo post pœnitens facti.

Liuius. 4. primæ Decad.

Quindecim millibus æris damnatur.

Cicero in Ver. act. 3.

*Nullum esse tantũ malum, quod tibi pro sceleribus tuis
non debeat.*

Cicero in Ver. act. 7.

Producantur, & ad palum alligantur.

Cicero in Verrem.

*In hominem honestissimum tam grauius animaduertẽ
non oportuisse.*

Cicero pro L. Murena.

Si hunc uestris sententijs afflixeritis.

Cicero

COPIAE.

Cicero in Ver. actio. 2.

Adductus est Caius Verres, homo uita atq; factis, omnium iam opinione damnatus.

Liuius. 2. Decad.

Questorem eum proximo anno adempto equo, tribus mouerant, atq; ararium fecerant.

Cicero Philip. 2.

De alea condemnatum.

Liuius.

Tradere ad supplicium.

QUIETIS EXEMPLA.

Cicero ad Atticum. 1.

Nullius amantis consilio, aut sermone requiescunt.

Cicero pro Cornelio Balbo.

A continuis bellis & uictorijs conquieuit.

Cicero ad Quint. Fratrem. 2.

Abduco enim me ab omni reipub. cura.

Varro. 3. de re rust.

Ibi enim in prima uolatura morantur dies paucos requiescendi causa.

Plinius ad Apollinarem. 5.

Nemo acerfitor ex proximo, placita omnia & quiescentia, ibi animo, ibi corpore maxime usleo.

Tacitus libro. 20.

Nec in longum quies militi data.

Varro. 1. de re rust.

Vbi commodissime possit sese quieti recipere.

Tacitus

EXEMPLA

Tacitus libro. 19.

Pauci dies ad requiem sumpti.

RATIO ET EIVS exempla.

Cicero ad Plancum.

Peto à te, ut rationem habere uelis, & salutis et digni-

Cæsar libro. 7.

(tatis meæ.)

Longe alia ratione bellum esse gerendum.

Cicero ad Atticum. 13.

Cognosces rationes sumptuarias.

Liuius. 9. tertie Decad.

Vis ratio iniri potest.

Cicero in Verrem act. 3.

Rationes ad ærarium non audet referre.

Terentius in Adelph.

Frustra ego met mecum has rationes deputo.

Ibidem.

*Nunq̄ ita quisquã bene subducta ratione ad uitã fuit,
quin res, et as, usus semper adportet aliquid noui.*

Ibidem.

Rationem antiquam obtine.

REBELLIONIS EXEMPLA.

Liuius. 3. quartæ Decad.

Locrenses descuiere ad Pœnos.

Liuius. 9. primæ Decad.

Ciues Rhomani ad Samnites defecerant.

Liuius. 2. tertie Decad.

Fide socios dimouit, & concessit in tecta.

Salustius

COPIAE.

Salustius in Iugur.

Quibus fides, decus, pietas, honesta atq; inhonesta
quæstui sunt.

Cicero in Pis. & Gab.

Vt nunquam Annibal tantum mali huic urbi optarit,
quantum illi effecerint.

Cicero pro domo sua.

Ne in hanc tantã materiem seditionis ista funesta fax
adhæresceret.

Cæsar libro. 3.

Marcus Octavius Hissam à Cæsaris amicitia auertit.

REGIS SEV RECTORIS

exempla.

Cæsar commenta. 1.

Ad suum arbitrium imperare consueffe.

Cæsar commenta.

Quæ legatis in mandatis dederat.

Suetonius in Iul. Cæs.

Vnus ex eo tēpore omnia ad arbitriũ administravit.

Cæsar. 2. de bell. Gall.

Inter quos dominari consueffent.

Cæsar libro. 5.

Quem Cæsar regem apud eos constituerat.

Tacitus libro. 12.

Mos est regibus, quoties in societatem coëant, impli-
care dextras, atq; sanguinem leui ictu eliciunt atque
inuiam lambunt.

Crispus

EXEMPLA

Crispus Salustius in Iugurtha.

Non exercitus neq; thesauri præsidia regni sunt, ue-
rum amici, quos neq; armis cogere, neq; auro parare
queas, officio & fide parantur.

Tacitus libro. 17.

Nemo enim unquam imperium flagitio quæsitum bo-
nis artibus exercuit.

Tacitus libro. 20.

Ptolomæus (ut sunt ingenia regum) pronus ad formi
Cæsar. 2. de bello Gal. (dinem.

Regem etiam nostra memoria Diuitiacū totius Gallie
potentissimum fuisse.

Liuius. 1. Decad.

Stipendio imposito imperium acceperunt.

Plautus in Amphi.

Tametsi pro imperio uobis quod dictum foret sciebat

Terentius in Adel. (facturos.

Regnum ne hic possides.

RISVS EXEMPLA.

Plautus in Cassina.

Ita in ridiculo sumus ambo.

Tranquillus in Claudio.

Risus indecens ira turpior.

Cicero ad Quintum Frat. 2.

Et penè ille timore, ego risu corruui.

Plautus in Trinum.

Neq; te derisum ueni.

Tacitus

C O P I A E.

Tacitus libro. 13.

Nemo risui temporare potuit.

Cicero in L. Pisonem. (sed fustibus

Quid nunc te asine literas docæ? non opus est uerbis

Cicero ad Atticum 6.

In quo ille mihi risum magis q̄ stomachũ mouere so-

Cicero de claris oratoribus. (let.

In quibusdam risum uix tenebam.

R U R I S V E L E O R V M

quæ ad rus pertinent.

Varro. 1. de re rustica.

Vt cum in ordinem sunt consita arbusta atq; oliueta.

Cato de re rust.

Ruri si recte habitaueris.

Cicero pro P. Quint.

Erat ei pecuariariae ampla, & rustica sanè bene culta
& fructuosa.

Cicero pro Ros. Amer.

Et in agro colendo uixerit, quæ uita maxime disiun-
cta est à cupiditate.

Cicero pro Ros. Amer.

Vita aut hæc rustica parsimonie, diligentiæ magistra ẽ

Varro. 1. de re rust.

Nulla tellus, quæ tam tota sit culta.

Plinius ad Apollinarem li. 5.

Campi quos non nisi ingentes boues & fortissima ara
tra p̄fringunt, prata florida & gemmea: aucta enim
peren-

E X E M P L A

perennibus riuus nutriuntur.

Varro. 1. de re Rust.

Quod far conseram Campano, quod triticum Appu-
lo, quod uinum Falerno, quod oleum Venafro?

Idem. 2. de re Rust.

In modo fundi non animaduerso multi lapsi sunt.

Idem 1. de re Rust.

Vt firmiore sarmento è terra exeat.

Plinius ad Caluifium Rufum.

In quancunq; arborem inseras.

Cicero pro Aulo Cæcinna.

Qui fundo eius antiquo continens esset.

Suetonius in Vesp.

Reatina rura, ubi quotannis æstiuare solebat, petijt.

Plinius ad Caluif. Rufum.

Vt reditus agrorum. sic etiam pretium retro abiit.

S A C R O R V M V E L S A -
crificiorum exempla.

Liuius. 1. primæ Decad.

Sacrificium in diem posterum imperat.

Tranquillus in August.

Præcepta cerimoniarum reuerentissime coluit,

Plautus in Captiuis.

Ad rem diuinam Samijs utuntur uasis.

Cicero in Ver. acti. 3.

Qua mulieres ad res diuinas uterentur.

Varro 2. de re rust.

COPIAE.

A suillo enim pecoris genere initium imolandi.

Liuius 6. quartæ decæ.

Solutis religione animis.

Cicero in Catil. inuect. 3.

Quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est.

Cicero de Resp. Auruspicum.

Qui statas, solennesq; cerimonias Aethruscorum disciplina contineri putarunt.

SAPIENTIAE SCIEN-

tiæq; exempla.

Cicero pro M. Marcello.

Sed nisi hæc urbs stabilita tuis consilijs & institutis fuerit.

Liuius 4. tertie decæ.

Consul nec animo deficit, nec consilio.

Liuius 4. tertie decæ.

Providendum quis ad gubernacula sedeat.

Suetonius in Claudio.

Modo circumspectus, & sagax, interdum inconsultus ac præeps.

SALVTEM DICIT

per exempla elocutionum.

Cicero ad Atticum.

Terentia impartit tibi multum salutis.

Cicero ad Atticum libro. 1.

Salutem tibi plurimam ascribit.

Cicero ad Atticum 4.

N

Domus

EXEMPLA

Domus te tota nostra salutatur.

Cicero ad Atticum 6.

Pyliae & filiae salutem dices.

Liuius 3. primæ de.

Salute inuicem data redditaq;.

Cicero ad Atticum 12.

Ei salutem annunciabis.

Cicero ad Atticum.

Ad Terentiam salutatum diuerterat.

Cicero ad Atticum 12.

Obsecro Pyliae salutem.

Plautus in Poenulo.

Dicito Veneri meis uerbis salutem.

Plautus in Mustel.

Nec salus nobis saluti esse potest.

Cæsar libro 3.

Fuga salutem petere contendunt.

Plautus in Captiuis.

Vt mihi & meis salutem accipiam.

Plautus in Poenulo.

Bene ambulato, bene ualeto.

SCELERIS EXEMPLA

Cicero pro Rosc. Amer.

Tamen hoc alijs nefarijs cumulant atq; adauge ut.

Cicero pro Rosc. Amer.

**Domus officina nequitiae, & diuersorium flagitiorum
omnium.**

Cicero

COPIAE.

Cicero in Vat. testem.

Vt sciamus, utrum ueterum facinorum sis imitator,
an inuentor nouorum.

M. Cicero.

Vixit enim semper inulte, atq; horride.

Cicero pro M. Cælio.

Monstrum tam ex contrarijs, diuersisq; inter se repu-
gnantibus naturæ studijs cupiditatibusq; conflatum.

Cicero in Verrem.

Hominem sine re, sine spe, sine fide, sine fortunis, ore
lingua, manu, uita omni inquinatum ne patiamini
absolutum.

Cicero pro P. Sextio.

Plura dixi quam dicendū fuit in furiosissimum atq; egen-
tissimum ganeonem.

Cicero contra Catil.

Nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulaſti

Terentius in Adelph.

Qui illud produxit scelus.

STATVARVM

exempla.

Cicero in Ver. act. 6.

Hercules egregie factus ex ære.

Cicero in Ver. act. 6.

Simulachrum præclare factum è marmore.

SEDENTIS ELO=

cutiones

EXEMPLA

Liuius 1. primæ deca.

Ausus in sede mea considerare.

Suetonius in Augusto.

Sospitam Rempublicam in sua sede sistere.

Cicero ad Atticum 5.

Ante quàm aliquo loco confedero.

Cicero ad Atticum 5.

Tuto confedimus.

Cicero pro Aul. Cluen.

Vtriq; sese loco suo continent.

Cicero pro domo sua.

Sed me domo tenui.

Cesar libro 6.

Eo tum statu res erat.

Liuius 9. primæ deca.

Vt propinqua loca insiderent.

Liuius 10. primæ deca.

Hostis ad Vulturnum flumen sedebat.

Plautus in Poen.

Nimia est stulticia fessum ire, impransum incedere.

Cicero pro Rosc. Amer.

Cum apud maiores nostros summi uiri clarissimiq; homines, qui omni tempore ad gubernacula Reipublicæ sedere debebant.

Tranquillus in Vitellio.

Abstrusus sella gestatoria duobus solis comitibus pistore, & coquo.

Plinius

COPIAE.

Plinius ad Pom. Sat. 1.

Vt honestis cogitationibus immoraremur.

SEDITIONIS EXEMPLA.

Cicero pro P. Sextio.

Cū illa cōiuratio ex latebris atq; ex tenebris erupisset.

Cicero pro P. Quint.

Si propter partium studium potens erat Alphenus.

Tacitus. 13.

Cum seditio ad saxa & minas ignium progressa esset.

SENATVS EXEMPLA.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Extra urbem in Apollinis æde senatus datus.

Quint. 4. de insti. or.

Milo cum in senatu esset, eodem die quoad senatus est dimissus.

SERVORVM EXEMPLA & seruitutis.

Cicero in Ver. act. 5.

Serui qui & moribus isdem essent, quibus dominus.

Liuius. 1. primæ Decad.

Imus in aleam duram seruitutis, & libertatis.

Cesar Comment. 1.

Ne se in seruitutem Rhomanis traderent, rogabant.

Cicero pro Aul. Cluen.

Cum essent animi seruorum & spe, & metu tentati.

Liuius. 3. primæ Decad.

Virginem in seruitutem afferuit.

Cesar libro. 6.

EXEMPLA

Pleriq; sese in seruitutem dicant nobilibus.

SPECTACVLORVM EXEMPLA

Suetonius in Claudio.

Complura edidit spectacula ex antiquitate repetita.

Suetonius in Augusto.

Spectaculo plurimas horas aliquando totos dies aderat

SOLIS ELOCVTIONES

Cæsar Comment. 1.

Solis oasû suas copias in castra reduxit.

Liuius 9. primæ decæ.

Sol præceps in oasum erat.

Cicero ad Atticum 9.

Sol mihi excedere è mundo uidetur.

Liuius 6. tertie decæ.

Depulsa sole nebula aperuit diem.

Plinius ad Can. Ruf.

Balineum, quod sol plurimus implet, & circuit.

Liuius 7. tertie decæ.

Sub ortum ferè solis.

SOLVENDI ELOCVTIONES

Cicero in Verrem act. 4.

Quando illa frumentû quod debebat, nõ ad diem dedit.

Cicero ad Atticum 15.

Ex qua pensione maior pars est ei soluta aliquanto ante tempus.

Cicero ad Atticum 16.

Fit sæpe ut hi qui debent, non respondeant ad tempus.

Liuius

COPIAE.

Liuius primo.

Vrbs que bina millia æris in singulos annos penderet.

Liuius. 9. primæ Decad.

In singulos annos uectigal pendebat.

Cicero ad Quint. Fratrem.

Quantum tu scripseras tantundem Cepioni solutū est.

Plinius ad Caluinam. 2.

Erat enim soluenda de meo.

Plautus in Pseud.

Hæc dies argento præstituta.

Cæsar libro. 4.

In capita singula seruorū ac liberorū tributū imponeba

SOMNI EXEMPLA. (tur.

M. Cato de re Rust.

Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.

Tranquillus in August.

Opposita ad oculos manu conquiescebat.

Cæsar libro. 7.

Tribus horis noctis exercitui ad quietem datis.

Liuius. 10. tertie Decad.

Quies neq; molli strato, neq; silentio accersita.

Tranquillus in Othone.

Altissimo somno quieuit.

Cicero pro Rosc. Amer.

Nullam partem noctis requiesceret.

Liuius 4. quartæ Decad.

Paucis horis ad quietem datis.

N 4

Tranquillus

E X E M P L A

Tranquillus in Iul. Cæsar.

Humi accubuit, ac sub dio.

S T V D I I E X E M P L A.

Cicero pro Cn. Plancio.

Ipse ego non abhorrens à studio antiquitatis.

Suetonius in August.

Nec leuiore studio Græcarum. literarum tenebatur.

Quint. 10. de instit. or.

Quemadmodum quidam pictores in id solum student.

Plinius ad Seuerum. 7.

*Amat, ut qui uerissime, dolet, ut qui impatientissime,
laudat, ut qui benignissime, ludit, ut qui facetissime,
omnia deniq; tanquam singula soluit.*

S P E L E T desperationis elocutiones.

Liuius. 4. tertiæ Decad.

In Aphricam spem extendunt.

Liuius. 9. tertiæ Decad.

Animis in spem erectis.

Tranquillus in Othone:

Spe decidit.

Cæsar Comment. primo.

Magnam in spem uenerat, fore ut pertinacia desisteret.

Liuius. 2. primæ Decad.

In quo aliquanto plus spei repositum.

Cicero ad Atticum. 3.

Quam in spem me uocas.

Cicero pro M. Mar.

At bene.

COPIAE.

At bene de Republica sperandum.

Cæsar libro. 7.

Atq; in spem auxiliij uenerunt.

Liuius. 7. quartæ Decad.

Eorum fiducia in spem regni uenerat.

Plinius ad Hispullam. 4.

His de causis in maximam spem adducor.

Liuius. 3. primæ Decad.

Nec spe, nec uiribus pares in periculum ueniunt.

Corne. Tacitus libro. 11.

Illum maiorem ad spem accingi dicebant.

Liuius. 1. primæ Decad.

Vt spem in perpetuum amitterent.

Liuius. 2. primæ Decad.

Incisa spe reditus, cædibus temperatum est.

Cæsar libro. 6.

Hic diffusus suæ, ac omnium saluti.

Liuius. 7. primæ Decad.

De rebus desperasti.

Cæsar. 7.

Galli omni salute desperant.

Cicero ad Atticum. 16.

Sed desperatis etiã Hippocrates uetat adhibere medi-

Liuius. 7. quartæ Decad.

(cinam.

Ab illa spe decidimus.

Tacitus libro. 21.

Premia & quies in posterum sperabantur.

EXEMPLA

Liuius libro. 3. Decad. 2.

Tum resecta tandem spe castra propius hostem mouit.

Idem libro. 4. 2. Decad.

Spe undiq; abscisa.

ibidem.

Cum spem reditus undiq; præciderent.

SVPERBIAE EXEMPLA.

Salustius in Iugur.

Quam rem alij in superbiam uertebant.

Tacitus libro. 11.

Dein secunda fortuna ad superbiam prolapsus.

Tranquillus in Ner.

Rerum successibus elatus.

Cicero pro Rosc. Amer.

Videtis iudicæ, ut hominem præ se neminem putet.

Plautus in Trucal.

Postquam filium peperit animos sustulit.

SVPPPLICANTIS EXEMPLA.

Cicero pro C. Rab.

Adhibeatis in hominis fortunis misericordiam.

Cicero pro Rosc. Amer.

Vtinam fecisset, non supplicium deprecarer, sed præmium postularem.

Cæsar Comment. 1.

Sese omnes Cæsari ad pedes proiecerunt.

Cicero in Ver. act. 7.

Mihi ad pedes misera iacuit.

Cicero

COPIAE.

Cicero pro P. Quint.

Sape & diu ad pedes iacuit stratus.

Liuius. 3. tertie Decad.

Misericordiam patribus mouerat.

Cicero ad Atticum. 9.

A te peto, uel precibus omnibus oro & obtestor.

Tacitus. 17.

Precibus & igne puro Veneris altaria adolentur.

Suctonius in Tiberio.

Impensissimis precibus imperauit.

Liuius tertio primæ Decad.

Iussi cum liberis supplicatum ire.

Cicero priusquam iret in exilium.

Quibus saepe supplex ad pedes iacui.

Cicero ad Atticum. 16.

Maiore studio, magisq; ex animo rogare non possum.

Liuius 6. tertie Decad.

Matronæ in publicum effusæ, nixæq; genibus.

Liuius. 6. tertie Decad.

Sophonisba Masinissæ genibus aduoluta.

Cicero ad Quint. Fratrem.

Hoc te ita rogo, ut maiore studio rogare non possim.

TEMPORIS ELOCUTIONES.

Tacitus libro. 2.

Sed æstate iam adulta.

Liuius. 3. primæ Decad.

Puncto temporis rerū momenta uertuntur.

Cicero

EXEMPLA

Cicero ad Atticum . 1.

In aliud tempus te expectare uelim.

Liuius . 3. primæ Decad.

Momento temporis dissipasset hostes.

Cæsar comment. 1.

Vt in reliquum tempus omneis suspitiones uitet.

Liuius . 2. primæ Decad.

In tempore subsidium uenerat.

Tranquillus in Tiberio.

Retentis ultra iustum temporis insignibus.

Tacitus libro 19.

Et ne minimo quidem tps uoluptates intermisisse.

Cicero pro rege Deiot.

Ille iterum, ille tertio auctioribus factis pecuniã dedit.

Suetonius in Tito.

Præfecturam prætorij suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Rhomano administratam.

Cicero ad Atticum.

Iam in comicium Milo de nocte uenit.

TERRAE EXEMPLA.

Varro 1. de re rust.

Terra inquam cuiusmodi sit, refert.

Varro . 1. de re rust.

Alia enim loca apposita sunt ad scænum, alia ad frumentum.

Cicero pro Cn. Pomp.

Domi militiæq; terra mariq;.

Testium

C O P I A E.

TESTIVM EXEMPLA.

Cicero in Vat.

Is, qui si aram tenens iuravit, crederet nemo.

Cæsar libro 7.

Dato iureiurando ab omnibus qui aderant.

Varro. 1. de re rust.

Sed quid ego illum uoco ad testimonium?

Cæsar comment. 1.

Vnum se esse, qui adduci non potuerit, ut iuraret.

Ad Atticum libro 3. Cicero.

Ne unum quidem testimonium, quod ci sæpe apud me
dederas, ueritus.

Ad Atticum libro. 1.

Sibi enim bene gesta, mihi conseruata recip. dat testi-

Cicero.

(monium.

Testimonium impartit.

Idem.

De tuo autem filio uereor, ne si nihil ad te scripserim,
debitum eius uirtuti uidear testimonium non cœpisse.

TESTAMENTORVM eloationes.

Cæsar comment. 1.

Vulgo totis castris testamenta obsignabantur.

Suetonius in Tiberio.

A Marco Gallio senatore testamento adoptatus.

Cicero pro Aul. Cluen.

Digito legata deleuit, & ne lituris coargui posset.

Cicero pro Aul. Cluen.

Testa

EXEMPLA

Testamentū in alias tabulas transcriptum signis adul-
terinis obsignauit.

Cicero pro Aul. Cluen.

Neq; hic in testamento faciendo interfuit.

Cicero in Ver. act. 3.

Testamento fecit heredem filiam.

Cicero pro Aul. Cluentio.

Vxori grande pondus argenti legauit.

Cicero in Verrem act. 3.

Lege hereditas ad gentem Minutiam ueniebat.

TIMORIS EXEMPLA.

Salustius in Iugurtha.

Quo metu Italia omnis cōtremuerat.

Cicero pro M. Fonteio.

Sed minis commotos rem ad eorū libidinem iudicasse.

Liuius. 3. tertie Decad.

Ad minores calamitates animos summittunt.

Plinius ad Tacitum. 6.

Dubiam noctem spe ac metu exegimus, sed metus præ-
ualebat.

Cesar libro. 4.

Menapij se omnes in densissimas syluas abdiderant.

Cicero pro Ros. Amer.

Deleatis ex anio suo suspicionē omnē, metūq; tollatis

TRIVMPHI EXEMPLA.

Liuius. 4. quartæ Decad.

Cato Portius ex Hispania triumphauit.

Cicero

COPIAE.

Cicero pro Cornelio Balbo.

Tot habuit triumphos, quot orae sunt partesq; orbis terrarum: tot uictorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum.

M. Cicero in L. Pisonem.

Cum mihi ipsa Rhoma cõuulsa propè sedibus suis ad contẽplandum conseruatorẽ suũ, proædere uisa est.

Cicero ad Appium libro. 1.

Agēs uictor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum.

VASORVM ELOCVTIONES.

M. Cato de re rust.

Non continet uinum uas ederaeum.

Salustius in Catilinam.

Sanguinem uino permixtum in pateris circumtulisse.

VERITATIS exempla.

Suetonius in Caligula.

Nec abhorret à ueritate.

Cicero de lege Agraria.

Pro certo hoc uobis pollicor atq; confirmo.

Tacitus libro. 21.

Neque abhorret à uero.

VINI EXEMPLA.

Plautus in Amphy.

Potitant aurea patera.

Cicero post reditum suum.

Vini anhelitus, frons calami stri torta uestigijs.

Tranquillus

EXEMPLA

Tranquillus in Claudio.

Vini cibiq; appetentissimus.

Cicero in dialogo de amicitia.

Veterrima quæq; uina, ut ea quæ uetustatem ferunt,
esse debent suauissima.

M. Cato de re rust.

Vinum si uoles experiri duraturum sit nec ne.

Ibidem.

Vinum seruare in uetustatem.

VICTORIAE EXEMPLA.

Liuius 3. tertiæ Decad.

Multorum sanguine ea uictoria stetit.

Cicero pro L. Flacco.

Gens Iudeorum q; est uicta, q; eloata.

Tacitus libro. 7.

Vtrisque necessitas in loco, spes in uirtute, salus ex
uictoria.

VIRTUTIS ELO-

cutiones.

Cæsar comment. 1.

Cur de sua uirtute desperarent.

Cicero pro Cn. Plancio.

Sitientem me uirtutis tuæ, deseruisti.

Tacitus libro. 2.

Quos fortuna potius, quàm uirtus deserebat.

Liuius 2. primæ Decad.

Nil præterquam de uirtute loquebatur.

Cicero

COPIAE.

Cicero pro Cn. Plancio.

De M. Catone in omni uirtute principe.

Cicero priusquam iret in exilium.

Nam me, quem paulo ante fortuna erexerat ad gloria,
uirtus extulit ad laudem.

Liuius 7. primæ decæ.

Locum eximium uirtute cœpisti.

Cicero pro Cornelio Balbo.

In quo uno ita summa fortuna cū summa uirtute certa

Plinius ad Caluisium 3. (uit)

Nam plurimum fide, ueritate, intelligentia, præstat.

Cæsar libro 7.

Qui maximam uirtutis opinionem habebant.

VLCISCENDI EXEMPLA

Cæsar libro 15.

Rex ire ultum uolens.

Tacitus libro 17.

Nero contumelias ultum ibat.

VIGILIARVM EXEMPLA

Suetonius in Augusto.

Ex abias per urbem indixit.

Cicero pro L. Murena.

Vigilas tu de nocte.

Suetonius in Vesp.

De nocte uigilabat.

Cæsar de Bel. Ciuili.

Vigilias in turribus, muroq; disposuit.

○

Vulnerum.

EXEMPLA
VVLNERVM ELO-
cutiones.

Liuius 1. primæ deca.

Que prolapsa in vultus efflauit animam.

Suetonius in Iul. Cæsar.

Transfixus femore, humeroq; custodiam portæ fudit.

Liuius 2. primæ deca.

Vulneribus inuicem acceptis corruunt.

Liuius 4. primæ deca.

Perfractus capite, acie exæssit.

Cæsar libro 7.

Cum crebro integri fessis succederent.

Tacitus libro 12.

Post multum vulnerum excidioni exempti sunt.

Liuius 4. tertie deca.

Cum integri saucijs, uiui mortuis accumularentur.

Liuius 4. quartæ deca.

Raro in scutis hærebant tela.

Tacitus libro 17.

Ab Iulio milite in utrunq; latus transfuerberatus.

Suetonius in Vesp.

Iactum lapidis genu, sagittas scuto exæpit.

Cato de re Rust.

Et si ulcus acrimoniam ferre non poterit.

Cicero pro domo sua.

A quibus se lapidibus appetitum, & percussum esse
dixit.

Vxorum

COPIAE.

VXORVM ELOCV=

tiones.

Suetonius in Tiberio.

Agrippinam Marco Agrippa genitam duxit uxorem.

Liuius 1. primæ decæ.

Ei filiam nuptum dat,

Suetonius in Iulio Cæsar.

Duxit Corneliã uxorem, ex qua illi mox Iulia nata est.

Idem in Iul. Cæsar.

Gr. Pompeio Iuliam collocauit.

Cicero pro Aul Cluen.

Cum partum sibi ipsa medicamentis abegisset.

Suetonius in Augusto.

Filiam regis in matrimonium petit.

Salustius in Iugur.

Hi per connubia Getulos secum misuere.

Tranquillus in Iul. Cæsar.

Cum qua diuortium fecit.

Tranquillus in Tiberio.

Cum Iulia uixit amore mutuo.

Plinius ad Iunium.

Petis ut fratris tui filiæ prospiciam maritum.

Plautus in Aulularia.

Indotata est in potestate uiri.

Plautus in Asinaria.

Dic an foetet anima uxoris tuæ.

Suetonius in Vitellio.

EXEMPLA

Et de hac liberos utriusq; sexus tulit.

Tacitus libro. 12.

Quando maritandum principem cuncti suaderent.

Plautus in Cistel.

Filiam suam despondit in maximas diuitias.

Tranquillus in Claudio.

Aeliam duxit uxorem consulari patre.

Suetonius in Claudio.

Sibi in fatis esse dicebat omnia impudica matrimonia.

Plautus in Trucul.

Vt grauida puerperio cubat.

Plinius ad Marcellian. 5.

Iam destinata erat egregio iuueni.

Tranquillus in Vesp.

Hostis filiam Vitellij splendissime maritauit.

Varro. 2. de re Rust.

Et cum peperit largiore cibatu sustentare.

Plautus in Trmu.

Vbi erat uirgo locata in matrimonium.

Plautus in Trucul.

Mulieres obortioni operam dant.

Plinius in laud. Traia.

Tibi uxor in decus, & gloriam cedit.

Varro. 2. de re Rust.

Et mulieris naturam, qua foeminae sunt, porcã uocant.

Plinius ad Caluinam. 2.

Nubenti tibi in dotem centum millia contulerim.

VITIORVM

COPIAE.

VITIORVM ELOCVTIONES.

Cicero pro P. Sextio.

Nam qui se uoluptatibus dicarunt, & se uitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt, missos faciant honores, nec attingant.

Plautus in Epidico.

Primus mihi pudicitiam pepulit.

Suetonius in Calig.

In domesticis est germanitatis stupris uolutatus.

Cicero de Responſis Aruſpicum.

Quæ nauis unquam in flumine publico tã uulgata omnibus, quàm istius ætas fuit?

Cicero in Ver. act. 5.

Itaq; istos inter se per breui tempore non res, non ratio, non commendatio aliqua, sed studiorum turpitudine similitudoq; coniunxit.

Cicero in Verrem.

Poëta si quis hominem improbũ fictis compositisq; ac conquisitis uitijs reperire uellet, nullum profecto tã flagitiosum inueniret, quem hic noster non superaret omni uitiorum sylua.

Cicero in Verrem.

Seruus nemo est tam domini quàm tu libidinum, neq; seruus tã fugitiuus à domino, quàm tu à iure, à legibus, à castimonia, nec quisquã tã barbarus lingua & natione, quàm tu natura & moribus, neq; tam hostis hominibus, quàm tu dijs immortalibus.

E X E M P L A

Quint. 9. de insti. or.

Nullum iam aliquot annis facinus extitit, nisi per te.

Quint. 11. de insti. or.

Sed uitiosum id faciūt, aut digito quātoplurimū possunt

Cicero in Verrem.

(erecto.

Libidines tenebrosas fronte & supercilio, non pudore & continentia contegebat.

Cicero in Verrem.

Libido ab oculis tuis quænam, quod facinus à manibus quod stuprum à tuo corpore unquam absuit?

Cicero in Verrem.

Lis mihi non est cum scelerato homine atq; nefario, sed cum immani, tetra horrendaq; bellua.

Cicero in Salustium.

Neq; enim qui ita uiuit ut tu, aliter ac tu loqui potest, neq; qui tam illoto sermone utitur uita honestior est.

Cicero in Catil.

Exhaurietur ex urbe tuorū magna et pniciosa sentina.

VSVS ELOCVTIONES ultima.

Cicero pro P. Quint.

Qua ratione res ab usitata consuetudine recederet.

Tacitus libro. 20.

Quod tum in morem uerterat.

Cicero in Ver. act. 3.

Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reip.

Plinius ad Mesium max. 3.

Adeo desciiueramus à consuetudine parentum.

Cesar

C O P I A E.

Cæsar libro. 5.

Maritima regio neque multum Gallia differt consue-

Plinius ad Rufum. (tudine.

Est omnino iniquum, sed usu receptum.

Cicero in Catilinam.

*Vnius usuram horæ gladiatori isti ad uiuendum non
dedissem.*

FINIS ELOCUTIONVM


linguæ Latine.


NICOLAVS LIBVRNIUS VENE-
tus eloquentiæ candidatis felicitatem.

HActenus obseruationum nostrarum præcepta
euagata sunt, in quorum commodum totius la-
boris indicem uobis non inuitus apposui, lectores can-
didissimi, ut cum epistolas, uel historias, uel quodcunq;
orationis genus cõponere decreueritis, habeatis unde
& elocutionem & dicendi uarietatem de ueterum do-
ctissimorum usu uobis facilius comparare possitis, si
modo hi nostri labores eiusmodi sint, ut eloquentiæ
studiosis usui atq; ornamento esse queant.

EXCVSVM NOREMBERGAE
apud Io. Petreium. M. D. XXVI.









Apr 20th

Intense Spring.

Yacht Spent the day.

3rd & 4th from 1st to 10th
~~at the~~
Progress in motion





The ma...
Ph...
me...
...
...

B1319-23